COMMENTARIJ PIJ, DOCTI, ET CATHOLICI IN IONAM PROPHETAM, AUTHORE, M. SEBASTIANO TUSCANO, …

Sebastian Toscano

COMMENTARII

PII, DOCTI, ET CATHOLICI

IN IONAM PROPHETAM,

Authore, M. Sebastiano Tuscano, Lusitano, ac Theologo eximio ordinis Eremitarum. D. Augustini.



Nunc primum in lucem editi.



VENETIIS, Apud Io. Bapt. Somascum.

M D LXXIII.

932

SEBASTIANO

REGI PORTVGALLIAE POTENTISS. AC CHRIstianiss. F. Sebastianus. T. Augustinianus. S.



ERRENOS terreni Principes quærunt thesauros: tu vero unus in victissime Rex ὦ βέλτιστε συβάστε nobis datus cœlitus, unum quæris thesaurum, in dominico agro absconditum: una tantum margarita, quam habes, contentus. Habes Rex noster Christianissimo unum & omnia. Quis ergo te Princeps alter est fælicior? Quis ditior? Aut quis beatior? Hic est enim ille thesaurus regni cœlorum, ab- Mat. 13.

a 3 scon-

sconditus in agro, quem qui inuenit ho mo, abscondit, & prae gaudio illius uadit, & uendit uniuersaque habet, & emit agrum illum. Haec est illa margarita praeciosa, qua inuenta, abiit mercator ille Euangelicus, & uendidit omnia quae habuit, & emit eam. Multi multa philosophati sunt super hoc thesauro, & super hac praeciosa margarita: Sed tibi, Rex inclite, sapienti, regnique coelestis optimo negotiatori, sat erit unum è multis docere, nempe illud Hieronimi su per haec uerba. Thesaurus iste, (inquit il le,) in quo sunt omnes thesauri sapientiae, et scientiae absconditi, aut Deus uer bum est, qui in carne Christi uidetur ab sconditus, aut sanctae scripturae, in quibus reposita est notitia salutaris quem cum quis in eis inuenerit, debet omnia istius mundi emolumenta contemnere, ut illum possit habere, quem re

perit.

perit. Vnum est preciosissimum margaritum Scientia Saluatoris, & sacramentum passionis illius, & resurrectionis arcanum. Habes thesaurum hunc, Rex sanctissime, habes & hanc precio sam magaritam in pectore absconditam & foris (qui est eius splendor) radiantem, illis fruere. Huius mysterii loculentissimus typus est Ionas propheta (domino attestante) qui incredulæ Iudæorum genti, signum de cœlo petenti, dixit, Generatio mala, et adultera signum quærit et signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus, & tribus noctibus; sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Ideo cogitanti mihi, qui te Regem, ac dominum nostrum die ac nocte offero in orationibus meis Regi illi Regum, ac dominantium domino, (cui in spiritu, & Math 12.

ueritate seruio) quod nam tibi huius meæ inte pietatis signum ostenderem; (debeo enim tibi hoc multis nominib.) in mentem uenit, imaginem tui thesauri, quem in pectore inclusum habes, tibi depictam offerre, nempe Ionam prophetam (qui uera est imago, & typus Christi) ut illam etiam in manibus habeas, quocunque ieris. Sic enim cognosces, intus & foris tuas ueras diuitias uidens, quam sis locuples, quam potens, & quam nullius indigens, qui unum & omnia posides. Vale in Domino IESV maxima spes amplioris, & fœlicioris regni. Amen. In Collegio nostro Diuæ Mariæ de gratia Conimbricens. die uigesimo mensis Octobris anno salutis. MDLXXI.

Frater Antoninus siculus Corleonensis ordinis Eremiturum. D. Augustini ad lectorem.

In Naui fugeret dum Ionas, Ecce repente
Accedunt uenti: Diuûm sic, utque Hominum Rex.
Praecepit fieri: & uoluuntur mare: magnaq; surgunt
Equora: Nunc caelum nunc manes tendit ad imos.
Naais: turbuntur Nautae quia nulla salutis
Spes aderat: subito sortes mittuntur: & unus
Tanti causa mali Ionas reprehensus in Equor
Proiicitur: sed adest immanis caetus: & illum
Faucibus accipiens, uentrem detrusit in imum
Tres noctes, totidemque dies in carcere tetro
Inclusus uates permansit. Denique piscis
Ad nutum Domini, cui rerum summa potestas.
Illesum in terram euomuit pariterque remisit.
Sic Ionae liber obscuro ceu carcere pressus
(Num paucis notus) fuit hactenus: est quia magnis
Plenas mistcriis, quae nondum expresserat ullus
Scriptorum ueterum. sed tunc delapsus olympo
Tuscanus, manifesta facit sermone disertus,
Doctrina excellens: uerus pius, atque fidelis.
Ergo lector emas librum pecurreque totum.
Num scio: tunc poteris grates persoluere dignas.
Regnatori orbis: tulem qui misit ab alto
Doctorem: atque Augustini laudabis abique
Plebem quae genuit: dignumque putabis honore
Authorem, inuenies etiam me dicere uerum.

a 4

Fratris Angeli Camertis ordinis Eremitarum sancti Augustini Tetrastichon.

EN TVSCANVS adest cælo demissus ab alto:
Hic doctè, Hic sanctè Mystica plana facit.
Certè Hic Interpres non est sine numine Diuum:
Hic ad sacra Deûm est arua tuenda datus.

AD LECTOREM.



On te offendant Lector, in breuẽ textum Ionæ longiores commentarii. Scio commentatoris officium esse, quæ obscura sunt, breuiter, & dilucide exponere: sensúmque doctoris, quem exponendum suscepit, & non proprium ingenium ostendere. Sed nos in rem tuam, passim, oblata occasione, quæ ad mores facerent, apposuimus: & quæ ad maiorem prophetæ facerent explicationem. Multi e-nim qui Ionam sunt commentati, prolixitatem sermonis fugientes, obscuriora, quam par erat, reliquerunt non nulla. Si uero te Laconismus delectat, uide nostram breuissimam Ionę explanationem, quam in calce huius operis uidebis. Vale in domino Iesu, & utraque utere fœliciter.

PROLOGVS.

MEMORIA NVNQVAM excidere debet sacramentum passionis Domini Iesu, eiusq; resurrectionis arcanum. quorum maximus typus Ionas.



AVLVS ille Apostolus, quem Dominus Iesus sibi uas electum segregauit, ut nomen eius magnum portaret
Act. 9. *per orbem; illudque coram Regibus, & gentibus prædicaret: nihil aliud se scire dicit Corinthiis, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum: dicens, Et ego cum uenissem ad uos, fratres, ueni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annun*

ciant

cians nobis testimonium Christi. Non enim iudicaui scire me aliquid inter uos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Excludit Paulus ab Euangelica prædicatione sapientiam sublimis sermonis. i. artem dicendi (qualis est oratoria, & rerum sapientiam, quæ est rerum humanarum. ss. elementorum, cælorum, & reliquorum huiusmodi, quas Philosophorum scientiæ docent. Omissa itaque huiusmodi sapientia, & dicendi arte, nudam narrationem gestorum Christi scribit, dicens, se indicasse, & quodammodo sibi ius dixisse, iustitiaq; ita exigente, se euangelicum prædicatorem, ab omnibus huiusmodi abstinuisse: ut intelligeremus, prædicationi Euangelica deberi abstinentiam à reliquis. Quid enim aliud scire, dicere, aut audire desiderat, qui Christum Iesum crucifixum scit, audit, aut prædicat? Magna 1. Corin. 2.

tria

Magna tria nomina. *tria hæc nomina IESVS, CHRISTVS, CRVCIFIXVS. Iesus enim salutis humanæ auctorem significat: Christus autem Regem æternum regnantem. Crucifixo uero ad infirmitatem naturæ assumptæ, ad modum, quo redemit humanum genus, spectat. Et hæc quidem nosse necessarium esse constat, ad nostram salutem. Qui enim filium Dei cognoscit exacte, misterium scit trinitatis: & qui crucifixum nouit, sacramentum non ignorat incarnationis filii Dei. Quæ ad salutem scire nos oportet. Prima enim credibilia, quæ sunt articuli fidei, tenetur homo explicite credere: sicut & tenetur habere fidem, dicente Apostolo,*

Hebr. 11. *Accedentem ad Deum credere oportet, quia est, & quòd inquirentibus se remunerator sit. Quantum autem ad alia*

Thas. 2. 2. q. 2. at. 5 c. *credibilia non tenetur homo explicite credere, sed solum implicite, uel in præ*

para-

paratione animi, inquantum paratus est credere, quicquid diuina scriptura continet. Sed (ut reuertamur unde sumus digressi) Iesus, nomen est proprium personæ ex Hæbraica lingua, quod (& angelo teste) saluator interpretatur. Iesus. Christus
Christus, uero nomen est dignitatis, seu gratiæ. Hæbreorum siquidem Reges dicuntur hæbraicæ Messiæ. Christi græca, uel uncti latine, ab unctione olei seu unguenti preciosi, quo ungebantur: ut patet de primis Regibus, Dauide, & Saule, & Salomone. Et uere Iesus Nazarenus fuit unctus oleo lætitiæ præ participibus suis, & spiritu sancto & ueritate. Et sicut apud Iudæos Reges uocabantur Messiæ, ita et Pharaonis nomen in Egypto omnium Regum fuit, & Ptolomei post Alexandrum apud Romanos uero Cæsares, & Augusti uocabantur Reges. Apud Philistæos Abimelech. A Messiæ. Ps 45. Act 10. Hier in Ezech. li. 9. c. 19. Aug. de Ciu. d. li. 16 c. 43.

pud

pud Syros Antiochi, sicut apud Persas Arsacidę. Quid ergo non efficiet tanti Regis pro me crucifixo? Quid non im petrabit apud patrem immensa maiesta tis talis filius? Quod non confringet, at que comminuet cor, vel adamantinum huius emissarii Capri sanguis? Hic est enim ille uerus caper emissarius, qui mortuus est pro peccato populi. Hic est agnus ille, qui abstulit mundi peccatum Hic est ille emissarius hircus, qui porta uit omnes iniquitates filiorum Israel in terram solitariam. Hic est uerus ille a gnus, qui mortuus est, & resurrexit: & modo sedet in throno. Horum ille nos me moriam iugem uult habere: & propter hoc corpus suum sanctissimum, & san guinem suum præciosum nobis sub spe ciebus panis, & uini reliquit, usque ad consumationem seculi: ut nunquam à nostra memoria excidat recordatio suæ

D. [?]eutur
Leuit. 16.
Apoc. 5.

pasśio-

passionis pro nobis susceptæ. Suorum beneficiorum vult Deus nos esse memores. Sic olim sanctificatio primogenitorum iubetur in memoriam liberationis à tyrannide Pharaonica. Sic enim dixit olim Moyses filiis Israel. Mementote diei huius in qua egressi estis de Egypto & de domo seruitutis: quoniam in manu forti eduxit vos dominus de loco isto. Narrabisque filio tuo in die illo dicens. Hoc est, quod fecit mihi dominus, quando egressus sum de Egypto. Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monimentum ante oculos tuos. Nullum ita efficax signum passionis, & resurrectionis Christi est inter alia multa, quæ diuina continet scriptura, sicut Ionas propheta. Habeamus ergo illum, ut signum in manu nostra assidue, & quasi monimentum ante oculos nostros. Gaudent amantes habere imaginem rei, quam a- Exo.13.

mant.

mant. En Ionam expressam Christi imaginem, quæ in nobis maximos amores debet citare filii Dei. Qui ergo Christum amas, Ionam diu noctuque intuere. Diu noctuque manu uersa. Nullus enim melior sui interpres Christo, qui mortis, & resurrectionis suæ Ionam fuisse typum asseruit.

ARGVMENTVM in Ionam Prophetam.

IONAS suo naufragio Domini præfigurans passionem, & exitu à ventre Ceti eiusdem Domini resurrectionem, mundum ad pœnitentiam vocat. Et sub nomine Niniue salutem gentibus denunciat.

ARGVMENTVM
PRIMI CAPITIS.

IONAS MISSVS AD PRAEdicandum, fugit: orta autem tempestate, præcipitatur in mare. Cap. I.



N exponendis anctoribus multa sunt consideranda. In primis titulus operis: scribentis intentio: & explanatio ipsius operis. Titulus huius libri est, Ionas Propheta. Prophetæ fuerunt olim uiri portentosi, ipso propheta Ezechiele teste. Erit, (inquit,) Ezechiel nobis in portentum. Portendebant enim futura, ut habetur Zachariæ. Viri portendentes sunt. Semper enim Prophetæ in signum præcesserunt futurorum: unde τερατοσκόποι, idest portentorum signorum quòd spectatores, uel interpretes appellantur. Idcirco uel maxime Prophetæ apud populum sermonum suorum conciliabant fidem, quia non solum de his, quæ multa post secula futura erant, sed etiam, quæ in præsenti. Et post nō longum temporis spatium essent implenda, memorabant. ut patet in Esai. Tibi autem hoc erit signum, comede hoc anno, quæ sponte na

Prophetæ qui.
Ezech. 24.
Zach. 3.
Esa. 37.

scuntur

ſcuntur, & in anno ſecundo pomis ueſcere, in anno autem tertio ſeminate, & metite, & plantate uineas, & comedite fructum earum, & mittet id quod ſaluatum fuerit de domo Iuda: & quod reliquum eſt mittet radicem deorſum, & faciet fructum ſurſum: quia de Hieruſalem exibunt reliquiæ, & ſaluatio de monte Syon. Omnia hæc propheta Eſaias locutus eſt pernuncios ad Ezechiam Regem Iuda. Erant

Hier. 27. Oſee. 1.

ſane Prophetæ illi portentoſi uerbis, uictu, atque ueſtitu, nunc nudi, nunc catenis ligati, incedentes, nunc ſtercora comedentes, & multa

Profetæ uocantur uidentes, & cur. 1. Reg. 9.

id genus portentoſa facientes. Hi olim uocati etiam uidentes, qui præuidebant futura, dicente ſcriptura ſancta. Olim in Iſrael ſic loquebatur unuſquiſque, uadens conſulere Deum. Venite, & eamus ad uidentem. Qui enim Propheta dicitur hodie, uocabatur olim uidens. Poterant hi profecto dicere, Oculi mei ſemper ad Dominum. Habet ſponſa oculos cordis, cum de illa ſponſus dicat. Vulneraſti cor meum ſo-

Cant. 4.

ror mea ſponſa, in uno oculorum tuorum. Hęc autem uiſio prophetica, interioris hominis eſt. Prophetãdi autem, multa ſunt genera, quo-

Multa ſunt genera prophetandi. Dan. 2.

rum unum eſt ſomniorum, quale fuit in Daniele, ſicut legimus; Danieli miſterium per uiſionem nocte reuelatum. Alterum ſermonum Dei. Vnde propter falſos prophetas, qui ſomnia ſua falſa, falſoſque ſermones narrabant,

Dominus

Dominus dicit. Qui habet somnium, narret somnium, & qui habet sermonem loquatur, sermonem meum uere. Hoc dicit Dominus propter falsos Prophetas, non uere loquentes, de quibus habetur Hieremiæ. Fuerunt hi uiri sancti, quos Prophetas uocamus, in comparabilis magnanimitatis. Vnus illorum totam urbem ignobilitatis publice arguebat, ut legimus in Ezechiele, Radixtua, & generatio tua de terra Chanaam. Mirabilis Daniel puer, qui ad presbyterum ausus est dicere, Semen Chanaam, non Iuda, species decepit te. Magnus & Esaias, qui clamat ad principes, & ad populum Iudæorum, Audite uerbum Domini, Principes Sodomorum. Sed illis quantum uis animi magnitudine præstantissimis, nostri tamen, hoc est, noui testamenti Prophetæ, multo superiores fuerunt. Fuerunt enim, & in nouo testamento quam plurimi Prophetæ. Inter quos mirabilis extitit fortitudo protomartyris Stephani, qui hæc non est ueritus dicere Principibus & genti Iudæorum, Dura ceruice, & incircuncisis cordibus, & auribus, uos semper spiritui sancto restitistis; sicut patres uestri, & uos. Quē prophetarum nō sunt persecuti patres uestri? & occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu iusti. Legimus & Act. ab Ierosolymis uenisse Prophetas Antiochiam, inter quos erat Agabus. Erat & Philippus Euangelista unus

Hier. 23.

Hier. 27.

Incomparabilis magnanimitas sanctorū prophetarum

Ezech. 16.

Dan. 13.

Esa. 1.

Prophetæ noui testamenti.

Act. 7.

ibid. 11.

de septem, qui habebat quatuor filias uirgines prophetantes. Dicuntur & doctores, & prædicatores, qui sacras literas interptetantur, prophetare. Vnde Augustinus in libro de Ciuitate Dei. lib. 17. c. 1. Sic ait. Hoc itaque tempus ex quo sanctus Samuel prophetare cœpit: & deinceps donec populus Israel captiuus in Babyloniam duceretur, atque inde secundum sancti Hieremiæ prophetiam post septuaginta annos reuersis Israelitis Dei domus instauraretur, totum tempus est prophetarum. Quanuis enim & ipsum Noe patriarcham, in cuius diebus uniuersa terra diluuio deleta est: & alios supra, & infra usque ad hoc tempus, quo Reges in Dei populo esse cœperunt propter quædam per eos futura, siue quoquomodo significata, siue prædicta, quæ pertinent ad ciuitatem Dei, regnumque cœlorum, non immerito possumus appellare prophetas. Qui dominum aliquid prænunciantem, aut etiam imagines rerum futurarum uiderent, si non corporis oculo certe illo mentis, multoquã hic est, acutiore. Hinc prophetia est uisio in sacris literis. Interdum prophetæ nomine pro præconibus, uatibus, sacerdotibus Græci utuntur. Primus, & homo, & Propheta fuit Adam, qui misterium Christi, & Ecclesiæ in sopore uidit. Hinc Enoch, Noe, Abraham, Isaac, Iacob, &c. Vide regnorum primum de prophetia. Fuerunt, & in nouo

1. Cor. 14. Doctores & prædicatores sunt Profete August. 1. Reg. 10. Hier. 25. Gen. 7.

Adam primus homo & Propheta

in nouo testamento Prophetæ imprimis Apostoli, ut multos alios taceamus. Sed de nomine Prophetæ hactenus, quoniã aliò uocamur.

Secundum tituli nomen est Ionas, quod interpretatur Columba, teste Hieronymo, & dolens. Hic prophetauit temporibus Hieroboam Regis Israel, de quo. 4. Reg. Vbi etiam de Iona hoc habetur. Anno quinto decimo Amasiæ filii Ioas Regis Iuda, regnauit Hieroboam filius Ioas regis Israel in Samaria quadragiota, & uno annis, & fecit quod malum est coram domino. Non recessit ab omnibus peccatis Hieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel. Ipse restituit terminos Israel ab introitu Hemath usque ad mare solitudinis iuxta sermonem domini Dei Israel, quem locutus est per seruum suum Ionam filium Amathai prophetam, qui erat de Geth, quæ est in Hepher. Tradunt autem Hebræi hunc esse filium uiduæ Sareptanæ, quem Elias propheta mortuum suscitauit, matre postea dicente ad eum, Nunc cognoui, quia uir Dei es tu, & uerbũ Dei in ore tuo est ueritas, & ob hanc causam etiam puerum ipsum sic uocatum. Amathi enim latina lingua ueritatem sonat, & ex eo quod uerũ Elias locutus est, ille, qui suscitatus est, filius esse dicitur ueritatis. Alii putant, Amathi non esse nomen commune. i. ueritatis, sicut dicitur filius mortis; sed esse nomen proprium patris

Ionas interpretatur columba.
4. Reg. 14.

אמתי
3. Reg. 17.
Luc. 4.

A 3 quia,

quia Amathai in lingua Hæbrea habet formã patronimici. Porro Geth, quæ hodie appellatur Dioceſaria, euntibus Tyberiadem, haud grãdis eſt uiculus, ubi & ſepulchrum eius oſtenditur. Hepher autem ſiue Opher ad diſtinctionem aliarum urbium Geth pertinet. Omitto dicentes iuxta Dioſpolim, ideſt Liddam, eum & natum, & conditum eſſe. Habes rationem utriuſque nominis tituli noſtri libri; ſi intentionem prophetæ quæris, ipſum interroga. Quis enim (inquit Apoſtolus) hominum ſcit, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? Ita & quæ Dei ſunt, nemo cognouit, niſi ſpiritus Dei. Quanquam ex his, quæ in ipſo propheta legimus, coniectare poſſumus, quæ in pectore præmebat, dum illa æderet. Nempe notas facere hominibus pœnitentiæ uires: & Dei Opt. Max. miſericordiam, quæ ad gentes uſque, quæ magnum eius nomen blaſphemabant, portẽderetur. Conuerſæ enim in magna Niniue ciuitate ad Deum per prędicationem Ionæ miſericordiam ipſius ſunt conſecutæ. Sed tu pœnitens formida in peccatum relabi: nam etiam ſi ſteterit Niniue pœnitens, euerſa tamen funditus eſt, ad peccata ſua priora reuertens; ſi hiſtoriis tam Hæbreorum, quam Græcorum credimus. Sed nos iam ad ueri typi mortis, & reſurrectionis Chriſti accedamus explanationem. Nullus enim melior typi ſui

Intentio Prophetæ. 1. Cor. 2.

pi ſui

pi sui interpres erit, quam ipse qui prophetas inspirauit, & futuræ ueritatis in sermis suis lineas ante signauit. Loquitur enim ad Iudæos, sermonis sui incredulos, & Christum Dei filium nescientes. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plus quam Ionas hic. Miseri Iudæi, qui libros habent, nos librorum dominium. O nos fœlices! Illi tenent prophetas, & nos intelligentiam prophetarum. Illos occidit litera, nos spiritus uiuificat. Apud illos Barabbas nefarius, latro dimittitur: nobis Christus Dei filius dulcissimus amplectendus soluitur. Sed nos iam ad explanationem textus accedamus. Math. 12.

TEXTVS.

Et factum est uerbum domini ad Ionam filium Amathi, dicens; Surge, & uade in Niniuem ciuitatem magnam; & prædica in ea quia ascendit malitia eius coram me.

Diuinitus se missum ad Niniuitas, dicit Ionas, non casu aliquo fortuito, aut propria uoluntate motum: idquod per hæc duo nomina *Verbum domini* nobis significatur. Diuina enim inspiratio, & instructio, atque missio

quadam circumlocutione significantur per hoc complexum (*Verbum domini*) & hic mos non solum obseruatus est ab antiquis prophetis, sed etiam ab Euangelio, sicut apud Lucam
Luc.3. legimus. Factum est uerbum domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto. Hæc diuina inspiratio, siue instructio duobus modis fit. Vnde duo sunt modi prophetãdi, ad quos omnes modi prophetiæ propriæ dictæ reducuntur. Vnus in uigilia, alter uero in somno: & in utroque concurrit Deus, ut agens principale, & mens prophetæ, ut agens instrumentale. Duo
Num.12. hi prophetandi modi tanguntur Num. Vbi dicitur. Siquis inter uos propheta domini fuerit, in uisione apparebo ei, aut per somnium loquar. Pro quo notandum, tria esse genera uisionum. Primum corporale, quo uidemus cœlum, & terram, &c. Secundum spirituale, quo uidemus, sicut in somniis hominũ imagines. Tertium intellectuale, quod est in ratione per quod cognoscimus creatorem: & spiritu sancto reuelante, eligimus quodlibet. Videre sæpe ponitur pro intelligere. Sic dicimus, Vides hoc, idest intelligis hoc? Vnde prophetæ dicuntur uidentes, idest intelligentes. Hac uisione uidit Esaias, quæ futura erant, ideo dicitur Visio Esaiç &c. Vnde uisio idem est, quod prophetia. Est autem uisio quando aliqua uidentur uisione corporali, aut imaginaria, quorum occultus est

Duo Prophetandi modi.

Visio triplex.

tus est intellectus. Reuelatio talium est, quando eorum aperitur intellectus. Baltasar uidit manum scribentem. Pharao spicas. Ille uigilãs, iste dormiens. Attamen non intellexerunt. Ioseph uero, & Daniel, qui exposuerunt, reuelationem habuerunt. Aliquando, qui uidet intelligit, ut Daniel. 7. Fit etiam aliquando ista uisio per raptum, ut Paulus de seipso dicit, scio huiusmodi hominem raptum. Raptus proprie importat quandam uiolentiam alicuius rei cõtra modum sibi connaturalem, id quod potest esse dupliciter, uno modo quantum ad terminum motus, ut si lapis moueatur sursum, alio modo quantum ad modum motus; ut si lapis per impulsum uiolentum feratur deorsum uelocius, quam natus est moueri. Anima autem nata est moueri in Deum, motus tamen eidem connaturalis, secundum statum uitæ præsentis, est, quod in cognitionem diuinam ascenda per cognitionem sensibilium: ideoque quãdo rapitur ad cognitionem diuinorum, abstracta à sensibilibus, est ibi quidam raptus, ob id. s. quia fit præter modum sibi connaturalem. Post resurrectionem uero, quando erit in corpore glorioso, opus intelligentiæ nullo modo impediente, raptus nullum habebit locum. Visio autem proprie dicitur cognitio prophetica, quæ fit in uigilia. Mirabilis prophetarum uisio, quia uident, quæ nobis sunt procul (& ideo

Dan. 5.
Gen. 41.

2. Cor. 12.
Raptus quid importet.

Anima nata est moueri i deū.

ideo prophætæ dicuntur) ratione loci, uel temporis. Videntur enim præterita, ceu quæ reuelata sunt Moisi de creatione mundi: & futura, ueluti, quæ reuelata sunt Esaiæ, & alijs de incarnatione filii Dei, & multa alia, quæ immobili ueritate prophetæ denunciarunt.

Profetiæ, propriæ dictæ conuenit cognitio intellectiua. Et scito prophetiæ proprie dictæ conuenire cognitionem intellectiuam. Intelligentia enim opus est in uisione. Vnde nec Baltasar, qui uidit manũ scribentem in pariete; Nec Pharao, qui uidit spicas, fuerunt prophetæ, quia uisionem non

Dan. 10. idem. 5. Gen 41. Ioan. 18. intellexerunt: sed Ioseph, & Daniel: qui uisiones intellexerunt. Nec Caiphas proprie fuit propheta, cum dixit, Expedit uobis &c. Sicut

Num. 22. nec asina Balaã fuit animal rationale; licet uocem humanam protulerit.

Prophetia actu, non habitu. Hoc prophetiæ donum habetur in actu, non in habitu: quia non semper sciunt omnia, sed de singulis singulas habent reuelationes nouas. Habitibus autem utimur, cum uolumus, ut habetur. 3. de anima. Quanquam Apostoli uideantur habuisse habitualem prophetiam. Vide plura de prophetia apud D. Thomam secunda secũdæ. q. 171. Multa prædixit, & de multis prophetauit Ionas hic, sicut deuastationem Syriæ, ut habetur. 4.

4. Reg. 9. 10. & 14. Reg. quam prędixit: sicut & destructionem domus Achab, & filios Iehu regnaturos in quartam generationem. Hic tamen solum loquitur de facto Niniue, naufragio eius, & egressione à

uentre

uentre ceti. Quæ historia typus, & figura fuit, mortis, & resurrectionis filij Dei, ipsomet teste. *Surge & Vade*. Surge à quiete, & sancto tuu ecio, & suscipe pro nomine meo negocium, imo magnum prędicationis laburem. Ecce ego mitto uos in medium luporum. Maximus prædicatorum labor. Quem nun propbetarum oc ciderunt patres uestri? Veritas odium parit. Omnis qui male agit odit lucem. Vos estis lux mundi, dicit dominus prædicatoribus, & doctoribus. Peccatores sunt tenebræ. Eratis enim inquit Apostolus ad Ephæsios, aliquando tenebræ; nūc autem lux in domino. Eū prosequuntur odio peccatores iustos, quu tenebræ lucem, si intelligerent. Non possunt simul esse cōtraria, nec ullam quietem habent, quo usque unum io aliud conuertatur. Quæ enim parcicipatio iustitię cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fidelicum infideli? A mundi principio semper nomen philosophiæ fuit exusum. Occidamus (dixerunt stulti in sapientia Salomonis) uirum iustum: impropetat enim nobis peccata legis. Sunt medici animæ prædicatures, ideo insurgunt in eos, homines frenetici, & male sani. Sic insurrexerunt Iudæi in medicum suum. Christum, quē admodū multa febre laburantes solent in suos medicos in surgere. Et bene nota tria uerba imperandi.

Math. 12.

Math. 10.

Predicatores cureso si.

peccatores tenebre dicuntur. Eph. 5

2. Cor. 6.

Sap 2.

Medici animæ prędicatores sunt.

perandi. *Surge, Vade, prædica.* Primum, prædica
totem admonet de cura, solicitudine, & uigi-
Ezech.33. lia, atque speculatoris officio. Væ prædicatori-
bus, & pastoribus, si ipsorum somno, alij mor-
1.Cor.9. tis somno peccant. Castigo corpus meum, dice
bat Paulus, & in seruitutem redigo, ne cum
alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Secũ
dum uerbum dicit, ut à seipso exeat prædica-
2. Tim. 2. tor: à mundo, & à mundanis negocijs. Nemo
enim militans deo implicat se negocijs secula-
ribus. In excusabilis es ò homo, omnis qui iu-
Roma.2. dicas. In quo enim iudicas alterum, te ipsum
condemnas. Si requiescis in lege, & glorиaris
in Deo, & nosti uoluntatem eius, & probas uti
liora, instructus per legem, confidis te esse du-
cem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris
sunt, eruditorem insipientium, magistrum in-
fantium, habentem formam scientiæ, & uerita
tis in lege, qui alium doces, te ipsum non do-
ces: qui prędicas non furandum furaris: qui di
cis non mechandum, mecharis: qui abomina-
ris idola, sacrilegium facis: qui in lege gloria-
Esa.52. ris, per præuaricationem legis Deum inhono-
Ezech.36. ras. Nomen enim Dei per uos blasphematur in
tergentes, sicut scriptum est. Tertium imperan
di uerbũ est *Prædica.* In Hæbreo autem est, cla
ma. Non est sat dicere dormienti, aut loqui sur
do, nisi alta uòce clamaueris: nec longo spatio
distanti clamare sufficit, nisi uocem extollas: &
hoc

hoc multoties: id quod sæpissime contigit. Clama necesses, (dicit Esaias) & quasi tuba exalta uocem tuam. Ita clamabat dominus, qui habet autes audiendi, audiat. Et Paulus, obsecra, increpa, argue, importune, oportune, Ad Ionam ergo *Verbum domini factum est*, illique dictum est à Domino, *Surge, Vade, Prædica*, Frugi seruus, qui mittitur à Domino suo. Bonus operarius missus in messem Domini sui. Multos portabit manipulos sic missus. Bonus piscator, qui in nomine domini rete mittit in mare magnos, & multos capiet pisces. Per totam noctem laborantes, socij Petri, nihil cœperūt: at laxantes rete in nomine domini, concluserunt piscium multitudinem copiosam; ita ut rumperetur rete. Cumque die quadam altera nullum haberent piscem, quem domino offerent; mittentes rete in dexteram nauigij iussi à domino, nō ualebant illud trahere præ multitudine piscium. Quomodo audient sine prædicante? Quomodo uero prædicabunt, nisi mittantur? sicut scriptum est, Quam speciosi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona? Ideo multi non obediunt Euangelio, quia multi prædicant non missi à Deo, sed à suis concupiscentijs, cauponantes uerbum Dei. Falso prophetæ uaticinantur (inquit dominus per Hieremiam) in nomine meo. Non misi eos, & non præcepi eos, neque locutus sum

Esa. 58. Luc. 8. 2. Tim. 4. Luc. 5. Ioan. 21. Rom. 10. Esa. 53. Naum. 1. Hierm. 14. & 23.

sum ad eos. Non mittebam prophetas, & ipsi currebant. Nō loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Si stetissent in consilio meo, & nota fecissent uerba mea populo meo, auertissem utique eos à uia mala, & à cogitationibus suis pessimis. Multum sanè facit dispositio audientiū ad Euangelij fructificationem (actus enim actiuorum in patienti disposito) magis tamen uita, & doctrina prædicatoris, at totum quod est boni fructus, gratia est Dei operantis. Prædicator dicit, (inquit Augustinus) dominus autem
1.Cor.3. mouet cor. Vnde Paulus ad Corinthios. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plātat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. *Vade.* Vide quomodo per omnia similis est filio Columbæ Columba: Ionas Christo: Io-
Christ. columba. nas Colūba interpretatur, ut diximus. Et Christus Columba (cum sit Mariæ filius, quem
Cant.6. Canticorum libro, columba dicitur) columba appellari potest. Similes parentibus solent esse filij re, & nomine. Christus Iesus Dei filius ad Iudæos mittitur à patre: & ad gentes Ionas mittitur à Deo. Ionas columba, & super Christum in specie columbæ descendit spiritus sanctus. Ad annūciandum captiuis redemptionem, teste Esaia, mittitur Christus, & ad annunciandū
Esa.61. redemptionem Niniuitis, in peccatis captiuis, mittitur Ionas. Nec putandum est, ociosè fuisse positam

positá coniunctionem, ET, in principio istius capitis, dicẽs, *Et factum est uerbum Domini &c.* Iungit enim nexus ille coniunctionis dicta ad cogitata. Multa enim noluebat in mente propheta, multaque spiritus uidebat, & Multa alia illi sunt à domino commissa, quorum unum est hæc historia. Vnde glo. inter. dicit, Multa in spiritu uidens propheta, de multis in hæc uerba prorupit, *Et factum est uerbum &c.* Aug. in psal. ubi legitur & scitote, sicut. Hæc iuncta coniunctionis, cum sententia non præcesserit, cui sequens annectatur, mirabiliter fortassis insinuat prolationem ueritatis in uoce cum ea uisione, quæ fit in corde, esse coniunctam. Causam autem missionis suæ exponit propheta per uerba sequentia. *Quia ascendit malitia eius coram me.* Vide & Grægorium super Ezechielem cap. 1. quæ de coniunctione propheticæ, E T, dicat. Considera quomodo prædicatio est medicina stultiæ hominum. Ita uocantur prædicatores incantatores, qui uenenum auferunt ab hominibus percussis à serpentibus uenenosis. Furor illis, inquit Regius psaltes, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet uocem incantantium, & uenefici incantantis sapienter. In septuaginta additur uerbum. s. clamor. Sic enim legunt, ἀνέβη ἡ κραυγὴ τῆς κακίας αὐτῆς πρὸς με, idest ascendit clamor malitiæ eius ad me. Sic legitur

Aug. ps. 4. Greg. in Ezech. c. 1.

prædicatores uocantur incantatores. Ps. 57.

Clamor maliciæ.

Gen.

ſum ad eos. Non mittebam prophetas, & ipſi currebant. Nō loquebar ad eos, & ipſi prophetabant. Si ſtetiſſent in conſilio meo, & nota feciſſent uerba mea populo meo, auertiſſem utique eos à uia mala, & à cogitationibus ſuis peſſimis. Multum ſanè facit diſpoſitio audientiū ad Euangelij fructificationem (actus enim activorum in patienti diſpoſito) magis tamen uita, & doctrina prædicatoris, at totum quod eſt boni fructus, gratia eſt Dei operantis. Prædicator dicit, (inquit Auguſtinus) dominus autem
1.Cor.3. mouet cor. Vnde Paulus ad Corinthios. Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plātat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. *Vade.* Vide quomodo per omnia ſimilis eſt filio Columbæ Columba: Ionas Chriſto: Io-
Chriſt. columba. nas Colūba interpretatur, ut diximus. Et Chriſtus Columba (cum ſit Mariæ filius, quem
Cant. 6. Canticorum libro, columba dicitur) columba appellari poteſt. Similes parentibus ſolent eſſe filij re, & nomine. Chriſtus Ieſus Dei filius ad Iudæos mittitur à patre; & ad gentes Ionas mittitur à Deo. Ionas columba, & ſuper Chriſtum in ſpecie columbæ deſcendit ſpiritus ſanctus. Ad annūciandum captiuis redemptionem, teſte Eſaia, mittitur Chriſtus, & ad annunciandū
Eſa. 61. redemptionem Niniuitis, in peccatis captiuis, mittitur Ionas. Nec putandum eſt, ocioſe fuiſſe

poſitam

296

gatiuá coniunctionem, ET, in principio istius capitis, dicēs, *Et factum est uerbum Domini &c.* Iungit enim nexus ille coniunctionis dicta ad cogitata. Multa enim uoluebat in mente propheta, multaque spiritus uidebat, & Multa alia illi sunt à domino commissa, quorum unum est hæc historia. Vnde glo. inter. dicit, Multa in spiritu uidens propheta, de multis in hæc uerba prorupit, *Et factum est uerbum &c.* Aug. in psal. ubi legitur & scirote, sicait. Hæc iuncta coniunctionis, cum sententia non præcesserit, cui sequens annectatur, mirabiliter fortassis insinuat prolationem ueritatis in uoce cum ea uisione, quæ fit in corde, esse coniunctam. Causam autem missionis suæ exponit propheta per uerba sequentia. *Quia ascendit malitia eius coram me.* Vide & Grægorium super Ezechielem cap. 1. quæ de coniunctione propheta, E T, dicat. Considera quomodo prædicatio est medicina stultiæ hominum. Ita uocantur prædicatores incantatores, qui uenenum auferunt ab hominibus percussis à serpentibus uenenosis. Furor illis, inquit Regius psaltes, sicut aspidis surdę, & obturantis aures suas, quę non exaudiet uocem incantantium, & uenefici incantantis sapienter. In septuaginta additur uerbum. s. clamor. Sic enim legitur, ἀνέβη ἡ κραυγὴ τῆς κακίας αὐτῆς πρός με, idest ascendit clamor malitiæ eius ad me. Sic legitur Gen.

Aug. ps. 4. Greg. in Ezech. c. 1.

prædicatores uocantur incantatores. Ps. 57.

Clamor malitiæ.

Gen.18. Gen. Clamor Sodomorum, & Gomorreorum multiplicatus est, & peccatum eorum Gen.4. aggrauatum est nimis. Et ad Caim, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Cla-
Aug. mor in scriptura, teste magno Augustino, ponitur pro tanta impudentia, & licentia in peccando, ut neque hominum uerecundia, neque timor Dei deterreat homines à peccatis, neque
Greg. abscondantur dum peccant. Diuus Gregorius dicit, Peccatum cum clamore, est culpa cum iactantia, & libertate. Glo. inter. Clamor Sodomorum est euidentia publici flagitij, quæ accusatione non eget. Vides quomodo omnis iniquitas habet suas uoces apud secreta Dei iudicia, etiam si nemo accuset. Sed tu obserua ad quos Deus prophetas suos, mittat, Ad peccatores, ad flagitiosos, in publicis criminibus perseuerantes, ad blasphemos, & ad gentes, quę Deum non nouerunt, nec inuocauerunt. Sed quomodo uocarent, qui nó credebant? Quid mirum, quòd seruos mittit dominus, qui ipse uenerit
Esa.65. ad seruos. Inuenerunt, qui non quæsierunt me Dixi, ecce uenio, ecce ego ad gentem, quæ nesciebat me: nec inuocabat nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in uia non bona, post cogitationes suas. Populus, qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam semper, qui immolant in hortis, & sacrificant super lateres

 297

res, qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt. Vide ad quos Deus prophetas suos mittit, imo ad quos de cœlo, factus homo, descendit. o, magnam Dei patientiam, o, magnam misericordiam, & infinitam erga nos Dei benignitatem ac dignationem. Sed ad quos mittit Ionam? Ad Niniuitas incredulos. *Vade*, (inquit,) *in Niniuem ciuitatem grandem*, in ciuitatem Assyriæ, ad Tigrim fluuium sitam, quam condidit Ninus Beli filius. Niniue.

Legitur Assur filium Sem ædificasse Niniuem, quam Ninus amplianit, à quo est nuncupata. Gene. 10.

In Niniuem, inquit, id est speciosam, & grandé, per quam aduentum filij Dei in mundum significauit: ut quem contempsit Iudæus, totus mundus recipiat. Recte enim per magnam, & pulchram Niniuem mũdus significatur. Quid enim melius? Quid maius? Quid ue ornatius? μακρόκοσμος, id est, magnus mundus? Sic enim mundum appellant Græcorum sapientes, magnum, & speciosum mundum, qui seu communis est hominum, atque Deorum ciuitas. Per Niniuẽ mundus significatur.

Sic & Moyses dicit. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant ualde bona. Vide iterum quid dicat, *Ascendit clamor malitiæ eius ad me*. Magnus clamor, magna malitia, magna impudentia, magna & effrenata audacia, magna peccata publica, nec mirum: quia peccata erant non frigidi opiduli, aut pauperis uici, sed ciuitatis, Gen. 1.

B & ma-

& magnæ quidẽ illius Niniue. Denotant hęc insignia peccata tot textus articuli, τὴν πόλιν, τὴν μεγάλην. *Vade*, (inquit dñs) *Iona ad Niniuem ciuitatem illam*, illam in quam magnam, & famosam. Assyriorum ciuitatem, ad fluuium Tigrim sitam. Magnorum magna sunt peccata,

Magnorũ magna peccata.

Maiora peccata inueniuntur in ciuitatibus, quàm in opidis. Vnde propheta, uidens se in medio peccatricis ciuitatis constitutum, optabat sibi pēnas, unde aufugere uolebat in solitudinem, dicens, Quis dabit mihi pēnas sicut columbæ, & uolabo, & requiescam? Quiescere uolebat Regius Psaltes, conturbatus, & contristatus, non ferens, iam tantam exercitationem. Contristatus sum (inquit) à uoce inimici, & a tribulatione peccatoris. Quoniam declinauerunt in me iniquitates, & in ira molesti erãt mihi. Hæc patiebatur in ciuitate. Vnde aufugere uolebat, ad solitudinem, dicens, Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Expectabo eum, qui me saluum fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate. Præcipita domine, & diuide linguas eorum, quoniam uidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate. Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, &, iniustitia. Et nõ defecit de plateis eius usura, & dolus. Mauult se solum in deserto, quàm socijs male muniri in ciuitate. Ibi sperat liberari à tempestate, quia naufragium

Psal. 54.

naufragium timebat positus in medio ciuitatis. Orat dominum, ut præcipitet, & comminuat capita factionum, & potentium, qui contrariis opinionum flatibus, & uentis totam communitatem conturbant. Præcipita domine talia magistratuum, & satraparum capita. Diuide domine, linguas eorum, quæ male conueniunt. Cogitauerunt consilia, quæ non potuerunt stabilire. Quoniam pones eos dorsum, Psal. 30.
cum in fugam conuertentur, in reliquiis tuis præparabis uultum eorum, quem pones, ut scopum ad Sagittam. Hæc est illa ciuitas linguarum male conuenientium, quam ædificauerunt homines superbi in campo terræ Sennaar, in qua extruere noluerunt turrim, cuius cacumen pertingeret ad cœlos usque, ut sibi celebre facerent nomen, quod uocauerunt in terris suis: de quo dicit propheta: Vocauerunt nomina sua in terris suis. Cumque esset terra, labii unius, descendit dominus, & confudit illos, & linguam eorũ diuisit in uarias linguas; ut diuiderentur, qui male erant coniuncti, neque intelligerent, quod male uolebant facere. Superbia diuisit linguas in illa superba ciuitate Babylonis, quas copulauit humilitas in Siõ sancta. Sanctus spiritus coniunxit, quos spiritus superbiæ diuiserat. Ideo dicit in medio ciuitatis peccatricis positus Regius Psaltes, uidens male unitas linguas, dum multi Principes, in

Gen. 11.
Psal. 48.
Act. 2.

malum conuenirent, parantes consilia, quę nõ potuerunt stabilire; Diuide domine linguas eorum. Cupit diuidi linguas, quoniam uidet die, ac nocte ciuitatem circundatam iniquitate, & malitia sirpet muros eius. Magnam iniquitatẽ perpetuo uidet in muris ciuitatis. Qui sunt isti muri assidue pleni iniquitate? Principes, Satrape, Magistratus, & Proceres ciuitatis, qui quasi muri cum propugnaculis debuissent esse ciuitati, ut illam seruarent ab inimicis; at illi perdũt, quam debuissent firmare. Est & aliud maximum malum in plateis istius ciuitatis, usura.ss. & dolus. Magna usura est uitam exigere pro parua iniuria. Dixit tibi inimicus quòd mentitus es lingua, & tu exigis ab illo, ut illi mentiantur pedes, manusque, & caput. Vnus te offendit, & tu contra illum excitas cẽtum. Ille semel uite est iratus, & tu in illum per totam uitam. Maior profecto est hæc usura Procerum, quàm mercatorum. Mercatorum usura in secreto, & Principum in plateis, idest in publico. Pauperes dolent, & erubescunt, cum malefecerunt; & Principes gloriantur, cum male fecerunt, Et exultant in rebus pessimis. Quot gloriantur, multos occidisse in duellis? Audacter peccant magnates. Confidenter peccant Principes. Magni, magna scelera committunt, & putant sibi licere omnia. Et ideo magnis afficiuntur suppliciis. Ideo dicit scriptura,

Muri ciuitatis.

Vsura potentum.

Prouer.

imo

imo per scripturam Rex, & magnus Princeps, Rex Regum, & Dominus dominantium, per quem alij Reges regunt. Audite ergo Reges, & intelligite. Discite iudices finium terræ, Præbete aures uos, qui continetis multitudines, & placetis uobis in turbis nationum. Quoniam data est uobis potentia à Domino, uirtus ab altissimo, qui interrogabit opera uestra, & cogitationes scrutabitur. Qm̄ cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, nec secundum uoluntatem Dei ambulastis. Horrende, & cito apparebit uobis: quoniam iudicium durissimum in his qui præsunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: Potentes autem potenter tormenta patientur. *Et surrexit Ionas ut fugeret in Tharsis à facie Domini.* Vnum in primis habemus ex hoc loco, quod missus Ionas in ciuitatem Niniuem, fugit in Tharsis, nec obediuit præcepto domini, Ideoque peccauit. Non est Dominus prius ultor, (inquit magnus Pater Aug.) quam homo sit peccator. Punitur Ionas tempestate magna, & præcipitatione in mare, ergo peccauit. Quid mirum? quando quidem esset homo, licet sanctus esset? Non est enim homo, qui non peccet. Et si sancti erant prophetæ, tamen homines erant. Sanctiores illis erant Apostoli, & non omnes sine peccatis minutis nixerunt. Restitit Paulus Petro quia reprehensibi Gal. 2.

Sapiē. 6.

 lis erat

lis erat, Non foret autem reprehensibilis nisi aliquod, licet paruum peccatum, commisisset. Fugit profecto Ionas, quod ignorans fecit. Fugit, & Dauid in solitudinem, sed non à facie Domini, sicut Ionas, quia sciebat neminem posse à facie domini fugere. Quo ibo, inquit, à spiritu tuo, et quo à facie tua fugiam? Si ascẽdero in cœlum, tu illic es, si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pénas meas diluculo, Et habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua. Non ergo à peccato Ionam excusare nolumus, qui præcepto Domini non obtemperauit. Non enim oportet excusare sanctos ab omni peccato, imo magna consolatio nostra est scire quod & sancti aliquando fuerunt peccatores. Quæ qualis cunque consolatio est: si miseris solatium est habere in malis socios, & nõ errare, nec pati solos. μεγάλων. φέρει δ' ἐπαραμυθίαν κοινὸν κακόν. Affert autem consolationem, cum in rebus gerendis, tum in perferendis, habere sodales. Dixit quidam apud inferos: si uera potuit dicere Græcus mendax. Fuerunt sancti homines ad peccandum natura proni, quem admodum, et nos: licet in uno magis, quàm in alio repressus esset fomes peccati. Hinc apparet inefabilis Dei prædestinatio, et certus prædestinatorum numerus: quæ nulla peccata impedire possunt. Nemo rapiet eas (scilicet

Vbique est deus.

Luc ãmor tuis.

Inefabilis prædestinatio

Ioan 10.

(scilicet oues) de manu mea dicit Dominus. Affert etiam non mediocrem consolationem, quòd nullum est tam graue peccatum, cuius non possimus (dum sumus inuia) ueniam consequi. Nos uero simplici uoluntati Dei obediamus, neque quicquam causari uelimus: neque subterfugiamus, quę præcipit. Voluntati enim eius quis resistet? Rom.9. Vanum, et stultum fuit Adamo primo nostro parenti fugere à facie domini, & se sub frondibus paradisi occultare. Gen.3. Secundo cœlesti nostro Adamo assimilemur, qui fecit sicut mandatum dedit illi pater, factus Ioan.14. obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Phil.2. Propter quod, & Deus exaltauit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur in cœlo, et in terra, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus in dextera est patris. Si autem uoluerimus obsequi uoluntati, & mandato domini parere, exaltabimur cum Christo (si enim compatimur, & cōregnabimus) Rom.8. sin minus, deijciemur, & præcipitabimur in mare tribulationum cum Iona. & inuiti cum malo nostro subiiciemur, & cogemur, sicut Pharao, & Nabuchodonosor, Et Antiochus. Stat enim sententia, quæ dicit, Qui timet pruinam, irruet super eum nix. Iob.6. Timent impij laborem in uoluntate Dei perficienda, cum sine ullo interuallo maiorem in sua explé

da inueniant: Vt interim taceam, quòd à momentaneo, & à puncto suarum cupiditatum in instanti ad æterna supplicia descendũt. Qui enim à *Deo* placato fugiunt, in *Deum* iratum incurrunt. Male ergo subterfugit *Ionas* præceptum Domini implere lubens, quod inuitus compleuit, & cum maximo suo labore, præcipitatus in mare, & inclusus in uentre Ceti. Nõ ergo illum à peccato inobedientiæ excusare uolumus. Sed tu contemplare *Dei* bonitatem, & sapientiam qui nullum malum permitteret, nisi ex illo aliquod eliceret bonum. Hoc enim Ionæ naufragium uoluit esse figuram mortis, & resurrectionis suæ: sicut ipse dixit, optimus interpres scripturæ sanctæ, qui nobis per prophetas suos locutus est Deus. Hoc primum intelligentes, (inquit, summus pontifex Petrus,) quòd omnis prophetia scripturę propria interpretatione non fit. Non enim uoluntate humana, allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Si quæris quæ mens fuerit Ionæ, dum fugit à facie domini, quo animo, qua ratione, non obedierit præcepto domini; fateor me non posse diuinare. Si uero uis scire, quid alij expositores hic cogitarint, breuissime dicam. Scit propheta (inquit D. Hieronymus in hoc loco) sancto sibi suggerente spiritus, quòd pœnitentia gẽtium ruina sit Iudæorum.

Ionæ naufragiũ mortis & resurrectiõis xpi figura.

2. Pet. 1.

Hierony.

Pœnitentia

Ideir-

Idcirco amator patriæ suæ, non tam saluti inuidet Niniue, quam non volt perire populum suum; alioquin legerat Moisen rogantem dixisse pro eo: si dimittis eis peccatum, dimitte, sin autem non dimittis, & me dele de libro tuo quem scripsisti: Et ad preces illius saluatum Israel: & Moisen non fuisse deletum, quin potius dominum occasionem accepisse per seruum, ut cæteris conseruis illius parceret. Dū enim dicit, dimitte me, ostendit, se posse retineri. Tale quid & Apostolus loquitur. Optabā ego Anathema esse pro fratribus meis, qui sunt Israelitæ secundum carnem. Non quòd ipse perire desideret, cui uiuere Christus est, & mori lucrum. Sed magis metetur uitam, dum saluare vult cæteros. Præterea uidens Ionas cō prophetas suos mitti ad oues perditas domus Israel: ut ad pœnitentiam populum prouocarent: Balaam quoque diuinum de salute Israelitici populi prophetasse: dolet se solum electū, qui mitteretur ad Assyrios, inimicos Israel, & ad ciuitatem hostium maximam, ubi Idolatria, ubi ignoratio Dei. Et quod his maius est, timebat ne per occasionem prædicationis suæ illis conuersis ad pœnitentiam, Israel penitus relinqueretur. Nouerat enim eodem spiritu, quo illi gentium præconium credebatur, quòd quando nationes credidissent, tunc periret domus Israel. Et quòd aliquando

Marginalia: gentiū, ruina Iudæorum. — Exod. 32. — Rom. 9. — Philip. 1. — Num. 22.

aliquando futurum erat, hoc ne in suo fieret tempore, uerebatur. Vnde imitatus Cain Ionas, & recedens à facie domini, fugere uoluit in Tharsis. Hactenus Hieronymus de fuga Ionæ. Quò uero fugerit ipsemet dicit, scilicet in Tharsis. De nomine Tharsis uaria scribunt doctores. Iosephus interpretatur Tharsum, Ciliciæ ciuitatem. 2. Paralip. c. 9. legitur: Naues Regis ibant in Tharsis cum seruis Hyran semel in annis tribus, et deferebant inde aurum, & argentum, et ebur, et Simias, et pauones. Quantum uero in Paralipomenō libris datur intelligi, quidā locus Indiæ sic uocatur. Porro Hebrei תרשיש mare dici generaliter autumant, secundū illud psalmi, In spiritu uehementi conterens naues Tharsis. Non igitur propheta ad certum fugere cupiebat locum, inquit D. Hieronymus, sed mare ingrediens, quocunque pergere festinabat: & magis hoc conuenit fugitiuo, et timido non locum fugæ ociose eligere, sed primam occasionem arripere nauigandi. Poterat sanè hæc sententia sapientissimi per inde ac sanctissimi Hieronymi recipi, nisi obstaret, quod Paulo post sequitur, hoc modo. *Et descendit in Ioppen, & inuenit nauem euntem in Tharsis.* Profectò naues non eunt in mare, ubi sunt; sed in insulas, aut regiones, ceu maritima aliqua loca. Vnde non possum adduci, ut credam, Ionam ad mare fu-

Tharsis.

2. Par. 9.

Psal. 47.

Hierony.

refugiſſe tantum, ſed in ciuitatem Tharſum, aut Carthaginem, quę aliquando loco Tharſis ponitur, uel in regionem Tharſis, ſic appellatam, à metropoli Ciliciæ Tharſo. Vnde non uidetur poſſe nomen eſſe commune maris Tharſis, ſed proprium ciuitatis, aut prouinciæ. Aug. ſuper pſal. 47. ſic ait, Tharſis ciuitatem quæſierunt docti, hoc eſt quænam ciuitas hoc nomine ſignificaretur; & aliquibus uiſum eſt, Ciliciam dictam eſſe Tharſis, ex eo quòd Metropolis eius, Tharſus dicitur, de qua ciuitate erat etiam Paulus Apoſtolus, natus in Tharſo Ciliciæ. Aliqui autem eam Carthaginem intellexerunt, fortaſſis aliquando ita nominatam, aut aliqua locutione ita ſignificatam. Namque apud prophetam Eſaiam ſic inuenitur, Vlulate naues Carthaginis. Apud Ezechielem autē à diuerſis interpretibus, ab alijs Carthago, ab alijs Tharſis interpretata eſt. Et hac diuerſitate interpretum poteſt intelligi hanc appellari Tharſum, quæ Carthago dicebatur. Manifeſtū eſt autem, quòd primordia regni Carthaginis nauibus floruerint, ut inter cæteras gentes eſt cellerent negociationibus, & nauigationibus. Nam quando Dido, fugiens fratrem, delapſa eſt ad terras Africæ, ubi Carthaginem condidit, naues quæ paratæ erant ad mercationem, in eius regionē aſſumpſerat ad fugam. Strabo lib. 25. dicit, Tharſum urbem præclaram, & Ciliciæ

August.

Act. 22.

Eſa. 23.
Ezech. 26.

Strab. lib. 25.

liciæ metropolim positam in campis, quæ sy-
duo anno alluitur: quam Perseus Danaes no
bilissima proles ædificauit. Hæc fuit Aposto-
li Pauli patria. Est & Tharsis regio Iudeæ, quò
fugisse Ionam, quidam putant. Vbi Salomon,
& Iosaphat naues habuerunt, quæ de Tharsi
solitæ sunt exercere commertia. Quanquam,
& hæc eadem ciuitas Tharsis per aspirationē
habeat nomen, sicut, & apud Græcos idem
nomen uarie legimus scriptū, modo per Theta,
modo per Tau, hoc modo θάρσος, καὶ Τάρσσος,
sed frequentius θάρσος nam Τάρσος confiden-
nam, & audaciam magis significat: Τάρσος ue
Cilicia. ro Tharsum metropolim Ciliciæ, quæ regio,
in minori Asia est, Syriæ proxima, tota ferè
campestris, Tauro monti subiecta. Vt autem
unico uerbo finem imponam huic nomini
Tharsis, dico, quòd ubique in ueteri, & no-
uo testamento inuenio, (quoties de illo me-
minit scriptura,) θαρσεῖς scriptum, ut tibi iu-
dicandum lector relinquam, rectè omnibus
consideratis, & expensis, quòd sibi uelit scri-
θαρσεῖς ptura, cum dixerit, Ionam fugisse in Tharsis,
Cilices sic enim habent septuaginta εἰς θαρσεῖς. Quod
sunt. uero ad spiritualem sensum attinet, dicere pos
sumus: Dominum nostrum Iesum Christum
reliquisse domū suā cœlestem, ut ipse per pro-
Hiere. 12. phetam Hiere. ait, & fugisse in mare huius se-
culi, quod apte significat Tharsis, uel quia ue-
niens

niens in Ioppen, idest speciosam, per quam ornatus mundi significatur, festinat ire in Tharsis, quæ contẽplationẽ gaudij significat. Ideo. n. Deus homo factus est, ut homo fieret Deus, & per labores, & erumnas huius seculi, quas ipse uerus Ionas, ueraq; colũba nostra causa humanissime suscepit, & pertulit, nos ad contemplationẽ æterni gaudij trãseamus. Venite ergo ascẽdimus ad montẽ Dñi, & ad domũ Dei Iacob: qm̃ ipse Dñs noster iã descendit, ad hãc lachrymarũ uallẽ miseriæ nostræ. *Et descendit in Ioppẽ, & inuenit nauẽ euntem in Tharsis.* Quam facile est inuenire mala, quę quærimus: non ut in illis quiescamus, sed ut subito in illis pereamus. Quærit Ionas nauim, qua possit tranare, & ĩ regionẽ ire longinquã a facie dñi, & statim inuenit, & ascendit, non ut traijciat, sed ut pereat in mari, seseq; det præcipitẽ à nauigio in pelagus, canis tumidisq; fluctuã. undis. Non ita inuenies funẽ, quo extraharis à puteo, ne te demergat profundũ illius: Sicut funẽ, ut furẽs pereas, Horrendũ facinus.
laqueo suspẽsus. Noui fœminam, quæ cũ uellet laqueo sibi mortem cõciscere, & hoc ipsum animo uolutaret, uidisse prope malum granatũ uimen tenuissimum, quod subito arreptum collo applicuit, seseque suspendit, ex paruo illius arboris ramo. Porro arbore ipsa cum esset humilis, & ramus terræ proximus, itaque fieret, ut infœlix illa mulier terram pedibus

dibus contingeret, contraxit illa poplites, Et sic suspensa, animam efflauit, æternis supplicijs cruciãdam. Vix credibile cernentibus, qui se somniare putabant, dum suspensum diaboli uiderent mancipium: nedum audientibus. At, infandum, ita res habet Breuis est uia perditionis. Lata est uia quę ducit ad mortem, Et quod peius est, sunt multi, qui ingrediuntur per eã, Arcta est uia, quæ ducit ad uitam, et pauci sunt, qui inueniunt eam, Quid est, Quòd homo apostata à fide, à religione, et à quacunque uirtute, non habet uires, nec de facto potest, Ecclesiam intrare, neç chorum, quo preces funduntur Deo: et ubi sunt Angelorum millia, utique sancti, et religiosi: at robustissimus quisque athleta tantas uires non habet, sicut unus ex istis, ut possit tranare maria, montium iuga, et Apenninum, omnesque Alpes ascendere, et peruarios casus, sexcentaque rerum discrimina, eò tandem peruenire, quò eum peruersa trahit uoluntas? Dicam, Deserrores deserit Deus. Quo ergo ibit, qui uiam, quæ Deus est, nescit? Quid boni faciet à Deo desertus? Quomodo adibit facta, atque diuina, qui non habet suæ uiæ ducem? Sine me nihil potestis facere, dicit Dominus, Sed Paulus, qui mentem Dei nouit, dicit, quòd non solum facere, sed neque etiam sine ipso quicquam possumus cogitare boni: sed oĩs sufficientia nostra ex deo est.

Math. 15.

Vnde malis robur ad scelera: & infirmitas ad uirtutem.

Ioan. 15.

Mali

Mali uero habent duces malorum, qui eos in laqueos mittant, imo uero, qui eosdem pariant, et fabricent. Sunt immissiones per angelos malos, sunt tentationes Sathanæ, sunt inductiones, suggestiones persuasionesque malorum ac inuentores, et socij suorum. Vnde de Iuda dicitur, cum diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Iscariothes. Et dominus discipulo suo petro ait, Simon, Simon, ecce Sathanas expetiuit uos, ut cribraret, sicut triticum. Ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Cum talibus autem malorum autoribus, quid non facient mali homines, instabiles, et peruersi? At quid boni facient deserti, et longe semoti ab autore totius boni? Cum ergo bonum cogitamus, statim opere compleamus: scientes, quòd nunquam in eodem statu permanet homo: Et potest in malum mutari: at cum malum cogitamus, reijciamus aliò, et differamus illud. Sunt enim duo decem horæ diei: Et qui hodie malum cogitat, cras potest bonum cogitare, & ex malo bonus, et ex hæretico potest fieri fidelis. Ionas in mare præcipitatus est, & à pisce deglutitus, quia malum, quod cogitauit, ut fugeret à facie domini opere compleuit. Inuenta enim naui eunte in Tharsis, quò ille uolebat ire, ipsam ascendit, et sic perijt. Ioppe portum esse Iudææ secundo Paralipomenon, Et in lib. Reg. legimus,

2. Cor. 3.
Psal. 77.
Rom. 1.
Ioan. 13.
Luc. 22.
Bona non differenda.
2. Par. 2

2. Paral. 2. mus, ad quem Hyraam Rex Tyri, ligna de Libano ratibus transferebat, quæ Hierusalē terreno itinere perueherentur. Descendisse autē Ionas dicitur in Ioppem, quia de montanis, & & arduis ad Ioppem, & campestria ueniebat propheta, ubi nauem inuenit, funem soluentem è littore, ut in Tharsis iret; quam ascendit, ideo dicit. *Et dedit Naulum eius, & descendit in eam, ut iret cum eis in Tharsis à facie domini.* Iuxta septuaginta sic legitur. *Dedit quæ naulum suum, & ascendit in eam, ut nauigaret cum eis in Tharsis à facie domini.* Sic enim Græcus sermo habet. καὶ ἔδωκε τὸ ναῦλον αὐτοῦ, καὶ ἀνέβη εἰς τὸ αὐτὸ τοῦ πλεῦσαι μετ' αὐτῶν εἰς θαρσεῖς ἐκ προσώπου κυρίου. Quæ lectio quãuis sanior uideatur, tamen ut uerum dicamus, relatiuũ illud αὐτοῦ ad nauim potest referri, quæ hic dicitur πλοῖον. Sunt enim quidam Hæbrei, qui dicunt, Ionam unum dedisse naulũ nauis, idest soluisse pro omnibus, quòd citius solueretur nauis à statione, iret quæ in Tharsis, quò ipse properabat. Mirabar sane primũ, quod tantus propheta cogitasset fugere à facie domini: nunc autem iam non miror, quando quidem effecerit, quod animo cogitabat. Neque enim pœnituit eum, quòd non obedire cogitauerat, quodque neque in Niniuem ire, (sicut dominus illi præceperat,) in animo habebat: Sed sui tenax propositi, oblata naue, eunte in

te in Tharsis, dato naulo, pergit ire, quò statuerat. An cogitarat posse se illic Deum latere? Minime. Quomodo enim de potentia dei dubitare poterat, qui dixit Nautis seruientibus idolis, nihil timens, nec professionem suam, & fidem, cultumque proprium confiteri publice veritus? *Hæbreus, inquit ego sum & dominum Deum cæli ego timeo, qui fecit mari, & aridam.* Sed maluit in manu Dei misecentis incidere, quàm in manus hominum, sine Deo, Et sine lege. Multa mala accipiūt homines à Deo, & à dœmonibus, & à temporum, & elementorum iniurijs: sed multo profectò maiora à malis hominibus. Filij hominum dentes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Quid non faciet iumentis, & dœmonibus comparatis? imo sic vocatus homo? Peius profectò est, teste Chrisostomo, comparari iumento, quàm iumentum esse natura. Sed ceterum uide, quæ Paulò ante dixi, Tharsis nō esse nomen commune maris, sed proprium ciuitatis metropolis, aut prouinciæ eius. s. Ciliciæ. Quod uero iuxta Hæbraicum sermonem dicitur, *descendit in eam*, sic enim in Hæbreo continetur ירד idest descendit. In uulgata editione scriptū est, ascendit sicut in septuaginta habetur ἀνέβη. Descensus uero fugitiui serui naturam depingit, ut qui latebras solicite quærit: quasi si euasisset, Iudæam fugiēs,

Homo ab hoc maxime lædstur.

Ps. 56.

C totum

dicebat, Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus, graue grauatæ sunt super me. Sedet enim iniquitas super talentũ plumbi, grauissimi frigidissimi, mollissimi, atque nigerrimi, & uilissimi metalli. Hoc pondere peccatoris, & fugitiui Ionæ periclitabatur nauis, quem secum habebant nautæ ad suam ipsorum mortem: Et nõ uasorum, quæ habent necessaria ad uitam. In hac itaque tribulatione positi nautæ, nescientes quid facerent, timuerunt ualde, & clamauerunt unusquisque ad Deum suum. Communis hæc uia est timoris ad Deum. Hac nos uia sæpe dominus ad se trahit. A timore tuo concepimus, & peperimus spiritum salutis. In tribulatione sita inquit Dominus per prophetam, quæsierunt me Sciebat Dauid uiam esse hanc, quę ad Deũ duceret, ideo dicebat. Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui. Sapiẽs qui timet: stultus autem negligit, & contemnit. Est certe ad sapiẽtiam maximum principium timor domini, ad ingressumque diuini tabernaculi: sicut acus ad ingressum serici fili. Initiũ enim sapientiæ timor domini. Timore igitur mortis, & imminentis naufragij primum orãt, & clamant ad Deum nautæ. Adhibent, & alterum commune remedium, & illud quidem in naufragijs usitatissimum, proiicere merces, & uasa in mare, ut leuior, & facilior gubernatu

Ps. 37.

Zach. 5.

Cõmuni uia timor est ad De. redire.

Sapientia Esa. 26.

Ps. 118.

Timor domini principium maximum sapientiæ. Ps. 110.

quam, Deo aduersante, securum. Fugiebat Ionas laborem, Et inuenit duplo maiorem, quā ex cogitare potuit. Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis, (inquit Ieremias propheta,) habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Reuertar ad uirum meum priorem, quia melius mihi erat tunc, quàm nunc, dicebat illa anima, quæ fornicata fuerat cum multis amatoribus, relicto suo legitimo uiro. Fornicatores sunt omnes, qui relinquunt Deum. Quære à filio prodigo, quid inuenerit in regione illa dissimilitudinis, quando petiit à patre portionem suam, quam prodegit, & obligauit cum suis similibus. Ex filio factus est seruus, & pastor, non ouium, sed immundissimorū porcorum, de quorum siliquis saturari desiderabat, & nemo dabat illi. Sed quid opus est, maius, atque efficatius exemplum quærere, quàm nostri Ionæ? Niniuen ascendens, ut quærat quietem, ecce subito in tempestatem offendit, & incidit in periculum ineuitabile. Sic enim inquit, *Facta est tempestas*, Non quæcunque, *sed magna*, & hæc in mari, & nauis periclitabatur conteri. Tertium quod notandum est, non solum malos malis, & incommodis, benemeritis, affici pro suis delictis, sed & eorum socios. Vide quomodo ea quæ homines æstimant salutaria, Deo nolente, fiant in perniciem: & non solum non pro-

Tren. 1.

Oseg. 11

Forn est qui relinq[...]

Luc. 15

Sociima rum pu[...] tur.

 desse

totum quòd paternum solum relinquens. Si obnixe uoluerimus historiam Ionæ interpretari, ut per omnia illam applicemus tropologice ad Christum, ubique seruato ordine historiæ, & allegoriæ: poterimus id quidem: sed hoc erit, ut cordam ad neruum trahere, sine ulla necessitate. Non enim per omnia tenetur historia respondere allegoriæ. Quamobrem id faciemus ubi commode, & sine ulla difficultate ubi hoc faciendum putauerimus. Vide igitur, si possumus dicere de Christo domino,
Ps. 68. quod in prophetia Dauid legitur. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. In quam nauim intrauit, uenens in hoc mare magnum, & spaciosum dominus Iesus? In illam,
Prou. 31. de qua scriptum est Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suum. Maria
Maria dicitur uis. uirgo quanuis non sit nauis lignis, pice, bitumine, & cordis, atque malis aptata: est tamen quasi nauis, quæ in diluuio aquarum multarum, non est obruta ullus peccati tempestate. Hæc nauis nobis portauit panem illum nostrũ super substantialem, quem qui manducat, uiuit in æternum. Et hunc de longe allatum scimus, nempe à cœlo in terram. Hanc nauim in-
Ps. 141. trauit fugitiuus ille, qui dicebat, Periit fuga à me, & non est, qui requirat animam meam. Hic, suborta tempestate suę passionis, præcipitatus in mare deglutitus est à Cete grandi mortis, qu

 308

tis, quæ nulli parcit: Et sic suo illo mortis præcipitio facta est tranquillitas magna in mundano hoc mari. Vide quomodo per omnia, si uelimus cuncta speculari, respondet Ionas noster propheta, nostro uero Ionæ, omnium prophetarum patri immensæ maiestatis. Sed nos ad historiam redeamus. *Dominus autem misit uentum magnum in mare, Et facta est tempestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri.* Multa in his uerbis sunt notatu dignissima. Primum, quòd omnia sunt Deo tribuenda, siue bona, siue mala. Si bona, ipsius bonæ uoluntati, & misericordiæ: si mala, iustæ eius iustitiæ, & p[...] ssioni. Vnde propheta ait, Si est malum in [...]uitate, quod non fecerit dominus, sicut om[...] sunt nostra mala culpæ. Vide Iob, quid dicat, tot circundatus malis. Dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est. Ventis, sabæis, tempestatibus, & malis hominibus, tribuebant serui Iob mala, quæ patiebatur, dicentes, Irruit uentus, Venerunt Chaldei, Sabæi, &c. Ipse uero, non uentis, nec fortuitis casibus hæc ascribebat, nullis affectus perturbationibus, sed totum tribuebat Deo, dicens, Sicut domino placuit, ita factum est; sit nomen domini benedictum. Lege in psalmo de propheta Christi, In uero perculi sti eum, minorasti dies temporis eius, perfudisti eum confusione. Vbi æterno patri ascribit

Omnia deo tribuenda sunt.

Amos 3.

Iob. 1. & 2.

Ps. 88.

redatur nauis, & ab imis sublenetur undis. Ideo dicit, *Miserunt uasa, quæ erãt in naui in mare, ut aleuiaretur ab eis,* Sed frustra fit omnis labor. Tempus conterebant, & uasa perdebant nautæ, & nihil proficiebant suis precibus, & laboribus in proiiciendis mercibus, & quicquid ponderis erat in naui. Nihil profecerunt nautæ quandiu nectorem ferebant Ionam, autorem totius tempestatis. Sæpe inculpatus in sontes, & nocentes absoluimus. Quis cogitaret, hominem pauperem, pacificum, mitem, & humilem, imo & sanctum (qualem esse oportet prophetam) caussam esse tanti mali? Quis crederet hominem mendic[illegible] talem excitasse tempestatem? Quis non cogitaret multitudinem mercium, tali ingruente tempestate, caussam esse illius naufragij, & submersionis illius nauis? Neminem ergo iudicemus, neminem condemnemus ante tempus. Errat omnis, qui iudicat abscondita. Ideo dicebat Paulus: Mihi autem pro minimo est, ut à uobis iudicer, aut ab humano die. Sed nec me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum, sed nõ in hoc iustificatus sum. Qui autem me iudicat, Dominus est. Itaque fratres nolite ante tempus iudicare, quoadusque ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tũc laus erit unicuique à Deo. Omne ergo iudiciũ

iusto

[illegible]ninem candũ [illegible]tem

[illegible]or.4.

iusto relinquamus iudici. O quot falsa iudicia, quot temeraria ferunt homines ob leues causas. Vide ergo qui iudicas: in quo enim alium iudicas, te ipsum condemnas. *Et Ionas descendit ad interiora nauis Et dormiebat sopore graui.* Vi sunt male securi peccatores, qui non deberent, neque per instans se cuiquam committere, sic de suo capite agunt, ut perpetuo fint in seri, si completæ fuerant eorum iniquitates. At illi sic sunt securi, quasi nihil deberent. Nam tremunt, Et qui nauigant omnes: Nauticus nihil prodest labor, neque, qui nauigant, possunt anchoris nauem infrenare: sic iactabatur fluctibus. Et Ionas securus non solum dormit, sed somno stertit ingenti. Sic enim habent septuaginta καὶ ἐκάθευδε καὶ ἔῤῥεγχε. *Et dormiebat & stertebat.* Quidam sic per præcipitia gradium securi, ac si ambularent in planis, ac latis plateis. Hos reprehendit Peligous poeta, dicês. An passim sequeris corbos, testaque lutoque? Securus quò pes ferat. Vt dormiebat securus Diues ille euangelicus, qui breui de medio sublatus, sepultus est in inferno. Causam iam profundi somni Ionæ cum nesciamus certam, possumus tamen multas afferre. Descendit Ionas ad interiora nauis, ceu ad uentrem nauis, (iuxta septuaginta. εἰς τὴν κοίλην,) percussus timore, uidens supere tumescentes fluctus, undiques sua in obedientia. Conscius enim suæ culpe

Pers. Saty 3.

Luc. 12.

Multiplex causa dormitionis Ionæ.

uus hic non uiribus fortium est deprehensus; sed uoluntate eius, qui sortes regebat, quique ex malis bona nouit elicere. Sicut autem consultoria sors illicita est, ita & diuinatoria. De sortibus multa scripserunt doctores, tu in decre.26.q.5. & apud Diuum Thomam 2.2.q.95.ar.8. quando uti, & nō uti sortibus, & quo modo fas sit, uidere potes, Ideo ab his supersedendum in præsentiarum duximus. Quòd autem nautæ ob peccatum alicuius subortam tempestatem putarint, in causa fuit (secūdum Rabbi Dauid.) q̄ uidebant alias naues quiete nauigare, & suam ipsorum tantum naufragium minari. *Et dixerunt ad eum indica nobis, cuius causa malum istud sit nobis, quod opus tuum? quæ terra tua? Et quo uadis? uel ex quo populo es tu?* τίς σου ἡ ἐργασία ἐστὶ, καὶ πόθεν ἔρχῃ, καὶ ποῦ πορεύῃ καὶ ἐκ ποίας χώρας καὶ ἐκ ποίου λαοῦ εἶ σύ, Volentes nautæ scire causas oēs mali qd̄ patiebantur, s. tēpestatē, q̄rebāt de oībus culpis, unde pœnæ oriri solent. Sæpe enim propter malum opus, solent plecti malefactores: aliquādo plectuntur homines propter patriæ, aut parētum scelus; aliquando propter opus, quod licet nōdum actu sit, tamen ipsum homines patrare conantur. Ideo de omnibus interrogant nautæ, vt cognita malorum causa, adhibeant remedia. Dicunt ergo, *Indica nobis, cuius causa malum istud sit nobis, uel malicia hac* secundum

septua-

clarius (secundum septuaginta) si quomodo seruet, aut saluos nos faciat Deus, sic enim habet græcus, sermo εἴπως διασώσει ὁ θεὸς ἡμᾶς. Nec Deum solũmodo dicit, sed Deũ cũ articulo, ille Deus, idest. Quis est ille Deus qui potest seruare, & saluos facere? Deus noster: qui omnia, quæcunque uoluit fecit in cœlo, & in terra. Omnipotens est nomen eius. Ille unus Deus qui est, Idolum autem nihil est. Nihil, inquã, illius quod apparet, aut e quod creditur, aut æstimatur ab idololatris. Nihil est numinis, aut ueritatis, aut deitatis in illo Idolum enim præter id, quod nostris oculis, aut sensibus, percipi potest, quod ipsum materia ligni, aut luti, aut alicuius metali est, nihil aliud est. Habet autem aliquid etiam humanæ artis. Sunt enim idola opera manuum hominũ. Ille ergo Deus qui fecit cœlum, & terram, maria, & omnia, quæ in eis sunt: potest nos saluos facere, & ab omni malo liberare. Hic Deus Ionę inuocādus est, quia hic solus Deus fecit hæc omnia, ut ipse Ionas dixit omnibus uectoribus, & proretæ, qui illum à profundo somno excitarant. Deũ cœli, (inquit,) ego colo, qui fecit mare, & aridam. Non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi Deus noster, nec alius est, qui nos ualeat à periculis eruere, & exaudire. Alii uero, qui dicuntur Dij, aures habent, & non audiunt, pedes habent, & non ambulant: manus habent, & non

Psal.113.

1.cor.8. Idolum nihil est.

Psal.134.

Matth.25. pæ abscondebat se, & grauatus tristitia, somno grauabatur profundiori. Magnum enim pondus circa Ionæ tristitia omnis. Hæc in passione Domini effecit, suos discipulos dormire plus solito. Vel forte nauia affectus (quæ multos solet uexare nauigantes,) non ualet securus stare, in profundum nauis ante obortam tempestatem descendit: quam, dum dormiret, non uidebat, nec sentiebat: & si uideret, & sentiret, (id quod certius esse creditur) foras tamen repere non audebat, imo multo magis se abscondebat, & in intima quæque nauis descendebat, ut minus sentiret, quæ gerebantur. Misera quies, & falsa securitas dormientium. Melior uigilantia somno. Stulte quid est somnus
Apoc.22. gelidæ nisi mortis imago? Interra uiuentium nullus erit somnus, quia nox non erit ibi, sed
Ps.83. una dies tantum, melior supra millia. Hic dum nox uiget, & multæ sunt tenebræ, multi infirmi, & multi imbecilles, & dormiunt multi, fessis hæc noctis, & somni quies datur. illic quò festinamus gementes, & flentes per hanc lachrymarum uallem, nulla talis requies temporalis datur, malis, & bonis communis: sed requies æterna, & lux perpetua. Ideo hanc imprecantes nostris dormientibus in domino, dici-
Requies, & lux. mus Requiem æternam dona eis domine, & lux perpetua luceat eis. In memoria æterna erunt iusti ab auditione mala non timebant.

Propter

Propter Ionam oriebatur illa tempestas, ille uero securus, nulla forte habita de tempestate memoria, dormiebat, & alte stertebat, quousque excitatus est clamore nautarum. Sic dormiunt multi in peccatis, male securi, quousque ingruit tempestas mortis, & inferni dolores eos opprimunt. Tunc dicent gementes, & seram pœnitentiam agentes, Quid nobis profuit iactantia? Audite miseri Paulum, uos ab hoc somno excitantem, Surge qui dormis &c. Et sapientem, Vsque quò piger dormis? Hæc prima plaga impiorum, tormentum conscientiæ, pondusque corporis, obscuritas mentis, tremor in corde, tristitia animæ. Timor, & tremor uenerunt super me, & contexerunt me tenebræ. Dum dormiunt mali, transit tempus gratiæ, augetur malorum tempestas, iudicium appropinquat, & in puncto ad inferos descendunt. Tandem quòd dormiebat Ionas, non est credendum quòd securitatis fuisset, sed doloris, & mœroris. Credebat enim in se illam sæuire tempestatem: ideo abscondebatur in secretiori parte nauis, ne aduersum se, uideret intumescere mare, & ne uideretur à nautis, dum pœnitentiam ageret inobedientiæ suæ. Agnoscebat enim suum peccatum, & pœnitebat eum, quòd fugisset in Tharsis à facie domini: ideo confitebatur, quòd dignus esset, qui mitteretur in mare. Ideo dixit, *Tollite me,*

Dormientibus in peccatis non est securitas.

Sap. 5.
Eph. 5.
Prou. 6.

Ps. 54.

est, maritimi, idest pessimi. Nunquid à Nazareth potest aliquid boni esse? dicebat Nathanael Philippo. Et quidã pastor de iniquo amore conquestus, dicit, Ioan. 1.

Vt uidi, ut perij, ut me malus abstulit error. Var. Egl. 8.
Nunc scio, quid sit amor, duris, in cotibus illũ:
Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,
Nec nostri generis puerũ, nec sanguinis edunt.

Malum amorem diffiniuit Poeta per malum errorem, quia malus amor homines compellit errare. Amor malus. Patria, & officium, multum faciunt, & magnas uires habent, sicut & stellæ. atque educatio, atque natura; sed gratia naturam omnia quæ uincit. Nazarens est Christus dominus, fons omnium bonorum, nec illi obfuit terra: sicut etiam ex bona terra mali homines proueniunt. Christus fons omnium bonorum. Pulchram faciem sortitur sæpe bona mens, sicut & praua malam. At in pulchra Luciani cuiusdam facie deformis mens erat: sicut in inuenusta facie Socratis mens erat honesta. Si ergo sapiens dominabatur astris, quanto magis gratia, quæ est supra astra? Diuina gratia potest homo esse bonus in mala terra: sicut culpa malus in bona. Est qui patriæ bonæ est probro, sunt qui malæ est honori. Sic respondit quidã exprobranti sibi patriam uilem. Mihi quidem patria probo est, tu uero patriç. Tertio loco quę runt nautæ de uia. *Quò tibi uia est homo? quò*

 tendis?

tendis? inquem locum dirigis gressum? Prohibitus locus sæpe damnat. Quia peruersa est uia tua, mihique contraria. Nisi Asia declinasset de uia dans locum resistenti, te occidissem,
Num.22. & illa uiueret, dixit Angelus ad Balaam filium Beor, cum iret ad Balach filium Sephor, Regē Moabitarum, qui illum acciuerat, ut maledictis insectaretur populum Israel. Quarto quærunt de genere, dicentes, *De quo populo es tu?* Sæpe filij puniuntur propter malos parentes.
Filij sæpe ꝓpter malos parentes puniuntur. Vindex enim est Deus, usque in tertiā, & quartam generationem. Ego sum Dominus Deus tuus fortis Zelotes, uisitans iniquitatem patrū in filios, in tertiam, & quartam generationem,
Exo.20. qui oderunt me. Vide ergo nautarum prudentiam, uide sapientiā, uide iudiciū, misericordiā
Chrysost. to 1. hom. de Iona. & pietatem. Chrysost. de illis sic ait, Audi nautas interrogantes, audi iudiciariam quæstionem. *Vnde uenis? Quò uadis?* Accusant inquieta fluctibus maria, sortes in certum attestantur: reus omnibus declaratur: & tamen illi cognitorum ordinem imitantes, qui non ante sententiam proferunt, nisi testium uerba ipsius rei fuerint confessione confirmata: Ita & ij dissimulata inquietudine procellarum, & ignauia suæ naturæ deposita, seruant iudiciariam disciplinam, & sentētiam proferunt communi consensu. Disce à barbaris nautis ordinē iudicij, & misericordiam, & timorem perdendiuinum

di unum peccarorem. Vide quomodo infimt homines, & barbari, procurabant seruare uitam rei, quem elementa accusabant, & ipse se ipsum. Fœlix Genyus hominum seruare uolentium uitam illius, qui se mottem mereri fatebatur. Quid dicam de occidẽtibus insonreis, qui clamant, Et uere aliquando dicunt in sontes se esse. *Et dixit ad eos, Hæbreus ego sum, & dominum Deum cœli, ego timeo, qui fecit mare, & aridam*. Rogatus a nautis Ionas cuius esset, Hæbreum se esse dicit, non Iudæum, honestiore, & honoratiore nomine. Hæbrei enim dicti sunt ab Hæber, qui fuit abnepos Sem filij Noe. Prius Hæberei cognominati, ac deinde una detracta litera Hæbrei Sunt qui dicant ex Habraham, tanquam Habrahæi dicti, quasi peregrini. Quis enim dubitet, gentem illam, & in terra Chanaan, & in Aegypto esse peregrinatam? Sic Ionas se peregrinum super terram dicit, Hæbreum se appellans. *Hæbreus ego sum*, inquit, idest πεϱατὴς, seu transitor, aut transmigrator. Id quod & Habraham dicere potuit. Sic enim dixit filijs Heth, surgens ab officio funeris Sarrai uxoris suæ in ciuitate Arbee, q̃ est in Hebron in terra Chanaam; ubi ipsa uita defuncta est. Aduena sum, & peregrinus apud uos. Et Iacob peregrinationem uocauit uitã suam. Et non solum patres, sed omnis gens illa peregrina usque in hanc horam est, ut dicit Dauid.

Hebræus. עִבְרִי

Aug. de ciu. d. li. 16 c. 3.

Hebrei unde dicunt.

Gen. 23.

Gen 47

Ps. 38.

ad mortem usque clamitem. Quid me iubetis orare? Nunquid exaudiuntur inimici? Scio quia peccatores Deus non exaudit. Iam uero de uestris orationibus, quid dicam, quæ fiunt in peccatum: Vnicum uobis est remedium. Hoc est reliqum. Me interficite, hominem peccatorem, propter me enim sæuit in nos hoc malũ, quod me tantum peccatorem habetis socium. Fugite à me, si uultis, ut fugiat à nobis hæc tempestas. Iam uero si a me fugere non potestis, cũ mare undique, undique pontus circunstet, neque liceat, per tempestatem, & tumentes fluctus, alicui applicare portui: è uestigio me mittite in mare: & salua res erit: Alioquin peribitis omnes. De me non est, quòd quicquam speretis boni. Vapulo enim ut fugitiuus seruus; Filij Domini mei in domo eius multis bonis fruuntur: quia ad nutum ei obediunt: ego uero qui ut malus seruus ei non obedio, sed fugio: timeo, non amo. Si enim uere amassem, mandata eius custodissem. Cum ergo habeam tam magnum, & tam bonum Dominum, qui cœlum, & omnia quæ in eis sunt, fecit: quique terram, & uniuersa, quæ sunt in eis, ex nihilo creauit: & omnia ei obediunt, ego tamen unus, & malus seruus, ei non obedio. Quid ergo amplius uultis audire de tam malo seruo? Quid genus? Quid patriam? Quid artem, & opus illius? quæritis? Quid scire uultis vnde

Ioan. 9.

Luc. 15.

Vera peccatoris cõfessio.

ueniat, aut quo uadat, qui inuitus à suo recessit Domino? Quo ibit nisi in malam rem, in crucem, & exterminium? Propterea impune potestatem habetis faciendi in me quicquid nolueritis. Quid tolleratis tam iniquum hominem in uestra naui, quem insensata elementa ferre non possunt? Coniurasse in me astra, pontum, aridam, aera, & quicquid pontus, & tellus alit, uidetis: imo & ipsum Deum, natura misericordē: imo & ipsam misericordiam, & bonitatis naturam: & uos, cum natura sitis mali, tanta me uultis misericordia prosequi, ut impune me sinatis uiuere? In me ergo inicite manus, irruite in me; nō fugio, nec miser possum, nec, etiam si possem, profecto uellem; tædet enim iam, iam animam meam uitæ meæ. Et hoc est uiuere? Si quæritis, quid nunc miser uelim, fateor uobis, hoc mihi maxime esse in uotis, uitam finire, quò uno malo à tot possum liberari. Si ergo aliquam in me uultis exercere misericordiam, proiicite me iam, iam in mare, & requiescam hac lenta morte. Perterriti sunt nautę ad hasce uoces, ideo sequitur. *Et timuerunt uiri timore magno, & dixerunt ad eum. Quid hoc fecisti? Cognouerunt enim uiri quòd à facie Domini fugeret, quia indicauerat eis. Et dixerunt ad eum. Quid faciemus tibi, & cessabit mare à nobis? quia mare ibat, Et intumescebat*. Videte barbarorum pietatem, & misericordiam in hominem cul-

tus alieni, in hominem alienigenam, & manifestum peccatorem, publice suum peccatum confitentem. Discamus à barbaris humanitatem ingenue nostrum. Homo sum, humanũ à me nihil alienum puto, dixit quidam barbarus, & homo Christianus, non mouebitur rogatus à Christiano homine? Timuerunt nautæ, alienum audientes peccatum, homines sine fide: & sunt fideles non nulli, qui nec homines uerentur, nec timent Deum, quem fatentur ultionum. Timent nautæ commune periculum ob noxam unius, timent sibi in capite alieno, Et sunt, qui non timent in suo. Timent se socios esse peccatoris. Non est tutum cum peccatoribus habitare. Fugite Babilonem, fugite de medio eorum, dicit propheta, imo per prophetam Deus. Separamini, separamini ab eis, dixit dominus. Et qui dixerit eis Aue, communicabit operibus eorum malignis. Ideo timore correpti nautæ, uidentes tanti domini offensionem, quærunt causas eius delicti: Imo delicti non ignari, arguunt seruum fugitiuum, dicentes, Quid hoc fecisti? cur fugis? quem laterenon potes? Quomodo poteris abscondi in terra, aut in mari ab eo, quem cœli, & terræ fateris conditorem? Sciebant nautæ, hominem esse peccatorem, quem cœlum, & terra, uentus & mare accusabant, ipso non negante, imo uocibus, & lachrymis confitente. At misericor-

Discamus à barbaris humanitatem.

Non est tutum cum peccatoribus habitare.

Hier. 51.

des nautæ, in miserum hominem non irruũt, non exprobrant crimen, nec feras pœnas parãt, sed ipsum sui criminis constituunt indicem, dicentes. *Quid faciemus tibi?* Si possimus euadere ex hoc periculo, te seruato, hoc maxime uellemus, neque enim tua delectamur perditione, imo potius uice tua dolemus. *Quid faciemus tibi, & quiescet mare à nobis?* Hoc unum quærimus, non tuam perditionem, tu uideris qua ratione hoc possit fieri. Optio tibi datur supplicij. Si aliter fieri non possit, nisi pœnas luas tui criminis, elige mortis genus, aut aliud mitius supplicium, si mitiore nos hoc

Nautæ misericordes

naufragium instans, possimus uitare. Boni nautæ, & in hominem peccatorem misericordes; cum soleat hoc hominum genus sæuire animis, & uerba blasphema inuenros & in diuos, diuasque etiam iactare. At ij non arguunt, non exprobrant mala huius peccatoris, quem certo sciebant esse peccatorem: sed rogant, ut ipse remedio sit, qui autor peccati fuerat. Hoc enim sibi uolunt dicentes, *Quid faciemus tibi, & cessabit, seu quiescet mare à nobis?* Vel certe si hominem reprehendunt dicentes. *Quid hoc fecisti?* Leuis est reprehensio, quæ causam quærit criminis, non damnat: quasi manifestum, & sine ulla excusatione. Ita nautæ scire uolunt, quæ causa adegeret hominem fugere, à Deo benigno, & misericorde, & præstabili super mali

ciam hominum. Non ergo increpare uidentur, sed interrogare, uolentes nosse causam fugæ serui à Domino, filij à patre, hominis à Deo. Non enim illis dignum uidebatur, quòd fugeret ab illo, quem tantæ esse potentiæ prædicabat, ut cœli, & terrę esset conditor. Tandem mare ibat, persequens fugitiuum; & tatumescebat, ut ostenderet, se differre non posse creatoris ultionem sed nautæ ulcisci non audentes iniuriam domini contra seruum indignati, & scientes culpa non carere eos, qui talem seruũ susciperent: Dei cultorem occidere non audẽt, timentes seruare fugientem. Quid facerent? Causam omnem illi committunt, disponat, ut uelit: modo illi non maneant illius culpæ rei, & ut tales puniti, sed salui, & liberi à pœna, quemadmodum erãt à culpa talis fugæ. Quid faceret Ionas, uidens nautas, in hac constitutos perplexitate? Fecit quod iustus facere debet, qui prius sui est accusator, & uindex prior sui delicti. Ideo in se fert sententiam mortis, & genus illius eligit, & indicat, ut scilicet præcipitetur in mare. Ideo dicit, *Et dixit ad eos, Tollite & mittite me in mare, & cessabit mare à uobis. Scio enim quia propter me tempestas hæc grandis est super uos.* Me quærit, inquit, hæc tempestas, me illi tradite, & quiescet eius furia. Perdite me, dignũ, qui peream. Me interficite, ut mea morte uiuatis. Non ignoro in meam pœnam elementa

Prou. 18. Iustus prius accusator est sui.

elementa turbari. *Mittite me in mare:* fluctus enim ipsi imperant uobis, ut me in mare mittatis. O magnanimitas peccatoris, ò puta confessio, ò culpæ commissio, ò mentis serenitas, ò pœnę tollerantia, ò rarum exemplum humilitatis & totius iustitiæ non se excusat Ionas, nullas sibi licere putat dicere causas, non attenuat suam culpam, non tergiuersatur, non murmurat contra deum, non dissimular, non negat; sed qui confessus fuerat de fuga, libenter assumit pœnam, se cupiens perire, ne pereant alij. *Tollite me,* (inquit), *& mittite in mare.* Non me interficiam (hoc enim desperati est hominis) sed me dignum mortis confiteor, sperans pœnis, quas subire sum paratus, dominum meum placaturum: qui mihi hãc noxam condonabit. Sanam mentem, & integrum iudicium in illa tempestate, ostendit Ionas, se habere, Non est enim nostrum mortem arripere, sed illam ab alijs libenter excipere. *Tollite ergo me, & mittite in mare, & cessabit mare à uobis.* Manifestus est hic Ionas typus domini, nulla enim alia re mundi patebat salus, nisi Christi passione. Nisi dominus Iesus in mare passionis missus fuisset, non cessaret à nobis tempestas peccati. *Et remigabant uiri, ut reuerterentur ad aridam, & non ualebant, quia mare ibat, & intumescebat super eos.* Cum in se protulisset Ionas sententiam, tamen non audent nautæ, & illi quidem barbari,

sangui-

sanguinem fundere noxium, non manus iniice re in cultorem Dei. Maluntenim periculo suo (sic intumescebat, & fremebat mare.) se fluctibus committere, & terræ appropinquare, ut sic possent superstitem, & incolumen Ionam in arenam ripæ proiicere, quàm sententiam ab ipso reo prolatam executioni mandare. Sępe homines barbari (sola natura duce) absoluunt à crimine mortis pœna damnatos, & ab alieno sanguine manus suas lauant. cum tamen illi, qui se Deum nouisse profitentur, in noxium aliquando sanguinem effundunt. Sic Pilatus lauit manus suas a sanguine iusti: cum Iudæi effuderunt sanguinem innocentis. Vide hic optime institutam naturam hominum facientium ultimum, quod in se erat, ut hunc peccatorem à morte liberarent. Imperatur, ut occidant, mare furit, tempestas tuber, & proprium periculũ negligentes nautæ, de aliena salute sunt soliciti. Ostendit græcus sermo apud septuaginta hũc animum pium, & sancto zelo plenum quem nautæ, ostenderunt in hunc peccatorem, cupientes toto conatu illum à morte seruare, sic enim habet, παρεβιάζοντο οἱ ἄνδρες τοῦ ἐπιστρέψαι πρὸς τὴν γῆν, καὶ οὐκ hoc est, uim cupiebant facere, & naturam rerum uincere, incumbentes remis, contra aquæ naturam remigantes, & nunquam potuerunt aquam uincere. Conantes igitur uiri, ut reuerterentur Math. 27.

ad terram

ad terram, & non ualentes uicti à natura, ad naturæ autorem conuertuntur. ideo sequitur. *Et clamauerunt ad dominum & dixerunt. Quæsumus domine ne pereamus in anima uiri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem, quia tu domine sicut uoluisti, fecisti.* Vide hic Cap. 2. Epist. ad Rom. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ sunt legis, faciunt: eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddente illis conscientia ipsorum. Videre legem Dei, imo ipsius Dei consilium scriptum in cordibus horum nautarum. Sic enim

Mich.6. dicit per prophetam Micheam. Indicabo tibi, ò homo, quid sit bonum, & quid dominus requirat à te. Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo. Quid non seruauerunt huius consilij nautæ? Qua non sunt usi misericordia in Ionam? Quod non fecerunt iudicium? & quid solicitudinis fuit reliquum? Omnia consulunt. Omné exhibent humanitatem, & misericordiam in miserum peccatorem fugitiuum: & tandem omnia Deo committunt, nolentes uoluntati eius resistere, quam uidebát per omnia declarari. Ideo ad Deum côuertuntur, nescientes, quid amplius facerent. Clamant ad illum, & petunt,

ne

ne errent, neque pereant in iudicio. Scientes enim peiorem esse mortem animæ, quam corporis, ideo dicunt, *ne pereamus*. Et sciétes, nihil, inuito deo, fieri, sed omnia facta esse, & gubernari uoluntate sua dicunt. *Quia tu domine sicut uoluisti, fecisti*. Voluntas tua expletur per manus nostras. Nautarum hęc uox. Pilati est cõfessio, qui lauat manus suas, & dicit, Innocens ego sum à sanguine uiri huius. Nolunt Christũ perire gentes, sanguinem innocentem protestãtur, & iudæi dicunt, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Ideo si lauauerint manus, nõ exaudientur: quia plenæ sunt sanguine. Sicut uoluisti domine Iesu, sic fecisti. Voluisti quidé crucifigi, sed non crucifixisti: uoluisti mori, sed non occidisti. Actio enim displicuit, sed passio grata fuit. Fortassis melius respondebit uerbis nautarum (sicut uoluisti fecisti) si dicamus, Voluisti quidem crucifigi, & crucifixisti. Cum de patre, dicat propheta, tu ueto percussisti eum. Vide reliqua in psal. 88. *Et tulerunt Ionam, & miserunt eum in mare & stetit mare à feruore suo*. Vide nautarum pietatem. Per omnia se mites ostendunt hi nautæ. Non arripiunt hominem, non crudeliter tractant, non lacessunt iniuriis. Non irruunt in condemnatum ad mortem, non inuadunt, non afficiunt probris, non lacerant contumeliis (ut solent carnifices quidam iustitiæ ministri) sed, qua possunt humanita-

Nihil fit inuito deo.

Math. 27.

Math. 27.

Psal. 88

humanitate, sententiam complent. Discant immites iustitiæ ministri. Non dicit proiecerunt eum in mare, sed miserunt eum in mare. Non dicit præcipitauerunt, sed quasi inuiti, & dolentes, miserunt. Non dicit arripuerunt, aut inuaserunt, sed tulerunt, quasi cum obsequio, & honore portantes, non repugnantem, sed præbentem manus ipsorum uoluntati. Stetit mare, quia inuenit, quem quærebat. Veluti si quis fugitiuum insequatur seruum, & concito pergat gradu, post quam fuerit consecutus, desistit currere, & stat, atque tenet, quem apprehenderit. Ita & mare, quod, absente Iona, irascebatur, in uisceribus suis desideratum tenens, gaudet, & consonet, atque ex gaudio tranquillitas reddit. Si consideremus ante passionem Christi, mundi errores, & diuersorum dogmatum flatus contrarios, & nauiculam, totumque humanum genus idest creaturam domini periclitantem: & post passionem eius trãquillitatem fidei, & orbis pacem, & secura omnia, & conuersionem ad Deum; uidebimus quomodo post præcipitationem Ionæ, idest Christi, in mare passionis suę, steterit mare à feruore suo, idest peccatorum multiplex genus cum idololatria, quæ totum fæuiebat per orbem. Mites sunt Christiani, cum sint oleo spiritus sancti uncti. Truces sunt infideles, quippe qui diuina careant unctione. Nos, & ipso nomine unctionem

Christiani mites.

nem pattamus,& misericordiam,undique nn cti oleo spiritus sancti. Setmone enim græco Christus,in latino sonat unctus. Viderint truces,& crudeles homines, quales sunt Christiani. In uno homine Paulo Iudæo primum, & postea Christiano, utrunque licet uidere. Vt erant spirans minatum,& cœdis in discipulos Domini olim Iudæus:& postea mitissimus, & misericors in ipsos Iudęos pro quibus uolebat anathema fieri à Christo, ut illos saluos faceret. *Et timuerunt uiri timore magno dominum, & immolauerunt hostias domino, & uouerunt uota.* O Domine, qui tangis montes, & fumigant! O mutatio dexteræ excelsi! Vocas domine ea, quę non sunt, ac si essent. Omnes gentes quasi non sint, dicit propheta. Et hi nautæ gentes erant, & quasi nihil erant, quæ deum suum, idest dæmonium inuocabant paulo ante (quia omnes dij gentium dęmonia, Dominus autem cœlos fecit) & ipsæ uerum,& unicum Dominum modo inuocant. Nam de illis paulo ante dixerat propheta. *Timuerunt nautæ, & clamauerunt uiri ad Deum suum*: modo uero dicit, *timuerunt uiri timore magno* Ad timorem simplicem seruorum, addit magnum, & uerum iam filiorum, quia iam non clamant ad Deum suum, sed ad Deum, cui immolant hostias, & uouent uota. Quam pauci sufficiunt sermones ad conuertendum homines ad Deum, si aspiret

Christus grece latine quid sonet.

Act.9.

Rom.9.

Esa.40.

Pauci sermones sufficiunt, si deus loquitur ad cor.

et uentus, ac flatus spiritus sancti. & quam nihil sunt multi, nisi ad cor loquatur Deus. Ad unum sermonem in naui Typici Ionæ conuersi sunt idiotæ nautici: & ad tot ueri Ionæ non conuertebantur principes synogogæ, & legis doctores. O' domine quid Paulo ostendisti in uia? Quid uidit, aut audiuit à te Maria, dum ad populum uerba faceres, aut apud pharisæum manducares? Quid dixisti concrucifixo tibi latroni ad dexteram tuam pendenti? Nunquid sic clam, & sic submisso sermone ei locutus es, ut non audiret alter latro, qui etiam tecum crucifixus ad sinistram manum tuam pende-
Ps.35. bat? Vere domine, iudicia tua abyssus multa, & nisi uerax Deus esses, & summe bonus, & iustus deus, aliquando iniustus uideteris, sicut & summe es iustus. Ideo captiuantes intellectũ nostrum sub iugum, & obsequium fidei, & tuę certæ, iustæ, & ineffabilis prouidentiæ, te suspicimus, laudamus, & adoramus, Dominum Deũ nostrum: quia tu Domine, sicut uoluisti, fecisti:
Math.12. & huius ueritatis testes sunt oculati nautæ. Quis enim inuestigare poterit, quam inscrutabili iudicio Tyrios, & Sydonios tua prædicatione priuasti, quos tamen conuertendos sciebas, si ad illos iuisses, & signa corã eis fecisses, quæ apud Iudæos incredulos frustra perpetrasti? Quid sparsisti margaritas tuas ante Capharnaitas, & Corozaitas in cassum: qui nobis

præcipis,

præcipis, non spargere margaritas porcis? Si iubes nō migrare de regno in regnū, & de gente ingentem, & puluerem è pedibus excutere in terris, quæ nos non recipiunt: quando ipse in propria uenisti, & sui te non receperunt, cur non excussisti puluerem de terra incredulæ generationis prauæ, & ad gentes abijsti tam facilis cōuersionis? Sicut expertus fuisti in Centurione, de quo dixisti, Non inueni tantā fidem in Israel: & de muliere Cyrophenissa, O mulier magna est fides tua, fides tua te saluā fecit, fiat tibi sicut uis: & contra de tuis discipulis, qui erant Israelitæ, sæpe dicebas, O modicæ fidei. Exprobrabas incredulitatem eorum, & duritiam cordis illorū, nec dimittebas illos: & gentium laudabas fidem, & illos, ne cad te accedere, sinebas. O altitudo diuitiarum, sapientiæ, & scientię Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius? Quis enim cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniā ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt oīa, ipsi gloria in secula. Amen. E multis unum magnum est secretū iudicium Dei, ad unum, s. breuissimū sermonem Ionæ conuersio nautarum ad uerum Dominum cęli, & terræ, quem illis prædicauit Ionas; cui statim immolarunt hostias, non taurorum pinguium, aut hircorū, & agnorū anniculorum,

Math. 7.
Math. 10.
Ioan. 1.
Math 8.
Math. 15.
Rom. 11.

quos in more non habebant: sed igniti cordis uiuum, & uerum holocaustum, & humiliatu atq; contriti cordis spiritale sacrificiũ, quo maxime Deus placatur. Immolarunt & Deo sacrificium, de quo dicit propheta, Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua. Vota uouerunt in mari domino, promittentes se nunquã ab eo, quem colere cœperant, recessuros. Cum enim uidissent Ionam in mari, naufragum, fugitiuum, mortuum, (quantum conijectare fas erat) & saluam, & tranquillam nauem, quæ antea fluctuans periclitabatur: crediderunt uerbis Ionæ. Sic enim re ipsa uiderunt sicut prædixerat Ionas. Mira res, Ionas peregrinus, fugitiuus, naufragus, mortuus saluat nauiculam fluctuantem, saluat Ethnicos in diuersas prius sententias mundi errore iactatos: & Osee, Amos, Esaias, & Ioel, qui eodem tempore prophetabant, populum in Iudæa nequeunt emendare. Quid est hoc fratres? Quia mundi nauifragium, nisi morte Christi Iesu Domini nostri, cuius Iona typus erat, non potest sedari, cuius morte salui facti sumus. Illi gloria in secula seculorũ, Amen: Sed nos iam uideamus quid de Iona actum sit in mari.

Ps. 50. & 49.

Finis primi Capitis.

CAPVT SECVNDVM

IONAS ABSORPTVS à pisce clamat ad dominum, & exauditus, euomitur.

TEXTVS

Et præparauit dominus piscem grandem, ut deglutiret ionam.



ORTI præcepit Deus, ut fociam susciperet: quæ auidis faucibus prædam sibi oblatam putans, quantum in deuoratione gauisa est, tantum in uomitu luxit. Tunc impletum est illud Osee, O mors, ero mors tua. Piscem hunc magnum, dicit, præparasse dominum, uel dum illum cõderet, uel ab æterno, cum uidit, & præparauit omnia, ante quam fierent. Vel certe iuxta nauim fecit ueni re, ut præcipitem Ionã in suos sinus reciperet, & pro morte habitaculũ præberet, esset cõtra illi pro sepulchro: ut qui in naui iratũ Deum senserat, propiciũ in morte sentiret. Sed tu interim cogita, quomodo est uita, quod homines credunt esse mortem. Nihil moritur Deo. Vocauit Dominus cetum grandem, ut Iona o susciperet triduano hospitio, & illi præberet omnia, omnia suppeditaret, ut nihil deesset il-

Osee. 13.

Deo omnia uiuũt.

 li. Nec

li. Nec domus, nec penus, nec oratorium, ubi preces funderet domino, & suum defleret peccatum in illo abditissimo antro. Sic omnia obediunt Deo, sic miniunt illi uniuersa, etiam deplorata apud homines. Sed quis dixit pisci illi, ut aperiret os, non præmens hominem dentibus, sed tanquam pharmacum deglutiens? Quis iussit, ut quē deglutierat prope manem, ueluti filium in uentre seruaret? In omni creatura cernitur hæc potētia obediētialis, ut Deus faciat de illa quicquid uelit. Omnia enim obediunt illi. Ordinatione tua, (inquit propheta,) perseuerat dies: quoniam omnia seruiunt tibi. Si miraris magnitudinem miraculi, audi quid Augustinus dicat, Aut credenda omnia diuina non sunt, aut hoc, cur non credatur, causa nulla est. Ipsum autem Christum, quod tertia die resurrexerit, non crederemus, si fides Christianorum cachinnum metueret paganorum. Cum autem quæstionē non proposuerit amicus noster, Utrum credendum sit Lazarum resuscitatum esse quarto die, uel Christum tertio, multum miror, quod factum sit de Iona, eum pro incredibili posuisse, nisi forte facilius putat, mortuū de sepulchro resuscitare, quàm uiuum in tam uasto uentre belluæ potuisse seruari. Quāto incredibilius proponeret, tres uiros ab impio Rege missos in caminum, deambulasse in medio ignis illæsos. Non sanè absurde requiritur,

Potētia obediētialis.

Aug 10. 2. Episto 49. q. 6.

Dan. 3.

ritur, quid ista significent, ut cum hoc expositum fuerit: non tantum gesta, sed etiã propter aliam significationem, cõscripta esse credantur. Non enim frustra dictum est hoc, sed figurate: & tamen factũ est. Si enim mouent ad fidem, quæ figurate tantũ dicta, non facta sunt: quanto magis mouere debent, quæ figurate, nõ tantum dicta, sed facta sunt? Nam sicut humana consuetudo uerbis, ita diuina potentia etiã factis loquitur. Et sicut sermoni humano noua uerba, uel minus usitata, moderanter atque decenter asperfa splendorem addũt (quid quòd, & neui in corpore, uitia cum sint, addunt gratiam) ita factis mirabilibus congruenter aliquid significantibus, quodammodo luculentior est diuina eloquentia. Cum autem Christus Dominus exponat, quid significauerit prophetam à bellua illa deuoratũ, & tertia die uiuum redditum, cur à nobis quæritur? Generatio mala, (inquit dominus,) & adultera signũ quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus, & tribus noctibus. Sicut ergo Ionas in alnũ ceti ex naui: Ita Christus ex ligno in sepulchrum, uel in mortis profundum. Et sicut ille pro ijs, qui in tempestate periclitãtur, ita Christus pro ijs, qui in seculo hoc fluctuant. Et sicut primũ Matth. 12.

mũ iussum est ut pdicaretur Niniuitis a Iona: Sed non ad eos peruenit prophetia Ionæ, nisi postquam cum cetus euomuit ... ita prophetia præmissa est ad gentes, sed ad illas non peruenit, nisi post resurrectionem. Hæc Augustinus.

Cura est deo de omnibus

Sed tu uide in uerbis prophetę. ¶. *Præparauit Dominus piscem, & cæte.* quomodo Deo cura est de uita, & de morte, cuius nutu fiunt omnia, præparauit dominus piscem magnum, qui Ionam magno, & aperto rictu, & illo quidem horrendo, deglutiret, & qui intactus illæsum seruaret

1. Reg. 2

Dominus est, qui percutit, & sanat, deducit ad inferos, & reducit, mortificat, & uiuificat. Sed tu uide quomodo Ionas per omnia typum seruat Domini Iesu, ex quo à cœlo in terram descendit, & a terra iterum ad cœlos reddijt. Merito ergo prophetia hæc pro tuendo ... uitæ Christi, præ manibus nobis est habendus. Vnum tamen est notandum, quod ad nomina attinet (idem enim utriusq, est sensus) q ubi in Hæbreo est piscis grãdis, in Græco apud septuaginta est cetell.

Piscis grãdis Cete.

[illegible] enim in Hæbreo inuenit'. Et significat piscẽ grãdẽ, in Gręco uero sic legit' καὶ προσέταξε κύριος κήτει μεγάλῳ καταπιεῖν τὸν ἰωνᾶν. i, & pcepit dñs ceto magno, ut deuoraret Ioná. Haud dubie quin per piscẽ grãdẽ cete significa

Nil Deo desperatu est.

tur. *Et erat Ionas in uentre piscis tribus diebus, & tribus noctibus.* Deo nulla res desperata est. Deo nihil

nihil perit. Nec ulla tam aduersa res, quin possit seruari, deo propitio. Sic securus erat Ionas in uêtre piscis in medio mari, sicut domi, in patria, imo securior. Vide, vt committitur Ionas custodiæ piscis, vt nihil illum offendat: mire: non alij pisces magni, nec parui, non salsa vnda, non procella. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cęli commorabitur. Psal.90.
Vide quomodo, vbi Ionas omnes creaturas, contra se coniuratas æstimauit, & iratum dominum, cunctas pro se vidit stare. Quis nunquam nautarum, cogitauit, Ionæ aliquam parere salutem? Quis illorum non credidit à bestia deglutitum, & dilaceratū? Ipsemet Ionas, quam primū uidit pro transtris, & prora grandes cete, viuos adhuc se iam morti traditū, animum despondens, ad piscis usum. Adhuc in naui erat, & iam cum illis se numerabat, qui descenderant in abissi profundum. Frusta corporis numerabat in dentibus bestiæ, & se iam decoctum credebat, in stomacho, cum mox se uidet seruatum in columem in uentre piscis, quasi susceptus esset in sinu Dei. Hoc est, quod Dominus dicit per prophetam Ieremiam. Si quæsieritis me in toto corde vestro, inueniar à vobis. Quæsiuit illum Ionas in dentibus, & uentre piscis, & illic eum inuenit; Sic eum inuenit Iacob in Mesopotamia, fugiens minas fratris sui Esau. Sic eum inuenit Ioseph in Ae- Hier.26.

peractis resurgit à culpa peccator, & nouam ui tam incipit. Vnum autem aduertendum putaui in hac dierum & noctium secundũ Euangelium supputatione, ne in numero noctium hæreas audiendo tres fuisse, cum duæ tantum uideantur. Et scito reuera tres esse noctes. s. diei Veneris, quæ fuit nox, quæ hunc diem præcessit. Nox enim ut in Genesi patet, non præcedentis diei est, sed sequentis, id est principium diei sequentis ceu futuri, non finis præteriti. Et nox sabbati, quę fuit nox, quæ sabbatum præcessit. Et nox Dominici diei, quæ fuit illa quæ præcesserat dominicam, & sic sunt tres integrę noctes. *Et orauit Ionas ad Dominum Deum suum de utero piscis, & dixit, Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me. De uentre inferni clamaui, & exaudiuit uocem meam.* Sospitem se uidens Ionas in uentre ceti, nõ desperauit de misericordia dñi, imò sperauit se liberiori aura aliquando fruiturum, & ad suos reditu rum: quibus mirabilia, quæ in profundo uiderat, narrare posset. Qui enim descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis, ipsi uiderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo. Dixit, & stetit spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt usque ad celos, & descendunt usque ad abyssos, anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt, moti sunt, sicut ebrius, & omnis sapientia

Quomodo sunt. 3. noctes sepulturę Christi.

Psal. 106.

pientia eorum deuorata est. Et clamauerũt ad Dominum, cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos. Et statuit procellã eorum in auram, & siluerunt fluctus eius. Et lætati sunt, quia siluerunt, & eduxit eos in portũ uoluntatis eorum. Confiteantur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominũ.

Sanctis omnia seruiũt. Act. 28. 3 Reg. 17. Dan. 14. Dan. 3. Matth. 9.

Sanctis omnia seruiunt. Ita res habet. Paulo uipera, Eliæ coruus, Danieli leones, Tribus pueris ignis, Ionæ cetus, At Christo meo testificantur, & seruiunt uenti, & mare, inquit, Chrisostomus in Psal. 96. Per omnia expertus est Ionas extra, & intra mare, in profundo eius & in uentre ceti, omnia hæc: ideo se totũ ad orationem cõuertit. Ventrem inferi uocat aluum ceti. Sed melius ad personam Christi hoc referri potest: qui sub nomine Dauid cantat, Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuũ uidere corruptionẽ. Qui fuit in inferno unus, & inter mortuos liber. Sed tu uide sanctorum oratoria, Ventrem ceti, lacum Leonum, Babylonicam fornacem, & aluũ mulietis matris Baptistæ. Nullus non est locus diuinis laudibus. Spiritus est Deus, & ideo omnis, qui inuocat illum, in spiritu, & ueritate, non in monte hoc tantum, nec in illo, nec in hoc, & illo templo, nec in hoc, & illo agro solum, sed ubi gentium fuerit illum inueniet. Et ideo ubiq; in spiritu & ueritate illũ potes adorare:

Oratoria sanctorum

Ioan. 4.

rare: quem cũſic inuocaueris, miſericordiam inuenies. *Et orauit*, (inquit) *Ionas.*] Vides quid faciendum ſit in rebus deploratis. Vnicum remedium eſt in omni tribulatione oratio Secundum conſilium Regis Ioſaphat. Sed maximum hoc malũ, quòd in neceſſitatibus, & in tribulationibus noſtris quando maxime Deo eſt appropinquandum, tunc maxime ab illo recedimus, & ad uana remedia creaturarũ confugimus. Væ, qui deſcendunt in Aegyptũ, quærẽtes auxiliares quadrigas, & currus eius. Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei noſtri inuocabimus. Ipſi obligati sũt, & ceciderunt, nos autem ſurreximus, & erecti ſumus. Væ peccatoribus, qui in hominibus confidunt. Præter hoc enim, quod maledicti ſunt, dicente propheta, Maledictus homo, qui confidit in homine: ipſi ſe perdunt dum ad eũ non accedunt: confitentes hac ſua fuga, & receſſione à Deo, quòd cauteriatam, & ream habent cõſcientiam. Non orare enim ſignum eſt malæ conſcientiæ. Quomodo enim accedet ad Deum, ille qui in Deo non uidet niſi iram? Eſt etiam ſignum modicæ, aut nullius fidei, præter hoc quòd eſt indicium ſpei tenuiſſime, & nullius charitatis. Accedentem enim ad Deum, credere oportet, (inquit Apoſtolus,) quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Magna uis orationis. Oremus cum Iona in Abyſſo maris,

Oratio vnicum remedium in tribulationibus.
2. Par. 20.

Non orare ſignum eſt malæ conſcientiæ.

Heb. 11.
Vis orationis.

titudinis omnis habitatio terrena plena est fluctibus, & tempestatibus. *Omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt*. More humano loquitur Ionas, putans, se præ omnibus hominibus iactatū fuisse in mari. Non dicit ab vno aut multis gurgitibus, se fuisse absortum: sed ab omnibus. Non multis fluctibus se putabat obrutum, sed omnibus. Putant plerique homini num, & sic passim dicunt, Ad ultimum miseriarū deueni, Nemo talia passus est. Ferre hoc est impossibile, mors mea hæc. Multi talia dicunt, qui nondum ad sanguinis vsque effusionem deuenerunt. At bono animo esse oportet. Non licet dicere, actū est. Magis hæc Christo domino cōueniunt, in cuius caput sanctissimum omnes fluctus passionum irruerunt. Loquimur autem de passionibus ab extrinsico illatis, cum dicimus Christum omnes passiones mundi sustinuisse: id quod secundum genus intelligimus. Sic enim omnem humanam passionem est perpessus. Quantum uero ad species passionum, id non oportuit fieri. Multæ enim passionum species sibi inuicem contrariantur, sicut combustio in igne, & submersio in aqua. Cum ergo dicimus, Christum Iesum Dominum nostrum omnem humanam passionem suisse perpessum, vt virum dolorum, & scientem infirmitatē (vt propheta ait) de passionibus illatis ab extrinseco dicimus. (quia passione

Christus omnia mala pertulit.

passiones ab extrinseco causatas, vt sunt ægritudines corporales, non decuit pati speciosum illum præ filijs hominũ, & hoc intelligimus secundum genus passionum. Passus est, enim ab omnibus gentibus, & Iudæis, Passus est à fœminis & masculis, vt patet de ancillis accusantibus Petrum: Passus est etiam à Principibus ac cusantibus eum, de quibus dicit propheta. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Passus est à ministris iustitiæ & à popularibus. Secundum prophetiam quæ dicit. In me psalebant, qui bibebant vinum, & sedebant in portis. Passus est ab omni hominum genere: ab alienis secundum prophetiam, quæ dicit, Alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam. A' suis, teste Ioanne, In propria venit, & sui eum non receperunt. Passus est etiã à familiaribus, notis, domesticis, & amicis, vt patet de Iuda proditore, & amicis eum deserentibus in passione. Passus est incorpore, Passus est in anima, Passus est in honore, & fama. Infama quidem per blasphemias contra eum prolatas: in honore autem & gloria per irrisiones, & contumelias, quibus affectus est, ab inimicis Iudæis. Passus est etiam in rebus, quia vestibus spoliatus est, Passus est & in anima per tædium,

Christus ab omnibus gentibus passus est.
Psal. 2.
Psal. 68.
Ioan. 1.

dium, & timorem, ipsomet dicente, Tristis est anima mea. Vnde qui illum viderunt discipuli, dixerunt. Cœpit tristari, & tedere, & pauere, & mæstus esse. Nec mirum, cum circundatus esset nostra carne, in qua peccata nostra soluenda susceperat. Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram, Passus est in corpore vulnera, & flagella. Passus est in capite pungentium spinarum circundato corona, in manibus, & pedibus effixionem clauorum, in facie percussionẽ alaparum. Adde. Et flagella in toto corpore. Fuit etiam passus secundum omnem sensum corporeum. Secundum tactum quidem, quia flagellatus, & clauis confixus: Secundum gustum, quia felle, & aceto potatus: Secundum olfactum, quia in loco fœtido cadauerum mortuorum (qui dicitur Caluariæ locus, affixus patibulo: Secundũ auditum, quia lacessitus vocibus blasphemantium, & irridentium: Secundum visum quia vidit tunc matrẽ, & discipulum, quem diligebat, flentes, ideo dicit Hylarius, Vnigenitus Dei filius ad peragendũ mortis suæ sacramentum consumauit omne passionum humanarũ genus. Qui inclinato capite tradidit spiritum, dicens, consumatum est. Cum enim Christus venisset in mundum, vt genus humanum liberaret ab omni peccatorum genere: debuit pati omne passionum genus. Non fuit Passio, nec passionum

Mar. 14.

Luc. 22.

Christus passus secundum omnẽ sensũ corporeũ est.

Hylarius.

 320,

tis, tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis. Scio enim ego, quod iam propter me tempestas hęc grandis venit super vos. In illo mari putabat Ionas, vitam finitum, & præcipitatus in mare, & à pisce deglutitus; ventrem ceti suam sepulturam credebat, seque nũquam ab illa exiturum viuum: imo carnem suam æstimabat in substantiam alui piscis conuertendam. Longe se constitutum à Deo credebat, & positum in regione, & vmbra mortis, imo in ipsa pallida morte: & illic omnia finitum in illo sepulcro horribili. Ibi positus dicebat mœrens, ac dolẽs, *Omnes gurgites tui & fluctus tui super me transierunt, & ego dixi, abiectus sum à conspectu oculorum tuorum.* At nunc aliter sentiẽs, spe magna confirmatus, dicit. *Veruntamen rursus uidebo templum sanctum tuum.* Aliter sentiebat tunc Ionas hæc dicens, quàm paulò ante, cũ diceret *Abiectus sum à conspectu oculorum tuorum.* Non licet vnquam animo lin qui: neque desperare de misericordia Dei, quãdiu sumus in via in qua inimici nostri, maligni illi spiritus, mille desperationis laqueos tẽdunt nobis: & parant malcipulas, ad capiendos pusillanimes & in cautos. In via hac, qua ambulabam, absconderũt superbi laqueum mihi. Qui sunt isti superbi? quorum superbia ascendit semper. & qui nam sunt isti: Qui malitia sua sunt obstinati: de quorum tantum salute

Non licet vnquam desperare de misericordia Dei

Psam. 141.

G lute

lute est desperādū. At homo q resipiscete potest, & ad pœnitentiam conuerti, & ad meliorem mentem redire, desperare profecto non debet: Nec putare, aliquid esse intollerabile in hac vita. Aiunt enim sapientem virum accomodari debere præsentibus, & æquo animo ferre quæcunque aduersa: Et nihil intollerabile æstimare. Omnium enim rerum uicissitudo est. Exemplo sit nobis Ionas, qui se nunquam visurum lumen cœli putarat, aut templum Dei: at confortatus à Domino, iam sibi multa fœlicia pollicetur. Si vero ad Christum referamus, sicut tẽplū patris filius, ita, & tẽplū filii pater, quia pater i filio, & filius in patre, & filius à Deo exiuit, & ad Deū vadit: securus ergo de sua æterna & secura possessione dicit in tribulationibus suis, Rursus pater mi, videbo templum tuum. Quoniam vero huius loci in æditionibus non est eadem lectio, illud namque videtur significare propheta si vel imus textum græcum considerare, & vulgatam æditionem, habita etiam ratione Hæbraicæ veritatis, & Hyeronimi interpretationis: placuit textum septuaginta, vt in Græco habetur, hic ponere. Sic enim habet ἄρα προσθήσω τοῦ ἐπιβλέψαι με πρὸς ναὸν τ ἁγόν σου. Quæ nos sic vertere possumus. Addam sane, vt videam sacrariū seu tẽplum illud tuum sanctum. Quibus uerbis nihil aliud mihi, prophetam velle, uidetur, quàm nobis ostendere, quòd

quòd in tanto illo discrimine certus factus est de sua salute. Hanc vidit lumine illo prophetico. Nam qui oculis corporeis vtūtur, ea quę pro pæ sunt, vel adsunt, vident solum. Sic de futuris certos reddit deus homines, & hoc lumine videbat Paulus. Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est, depositum meum seruare, in illum diem &c. Ita Ionas positus, & interclusus in illo obscurissimo antro cæti, certus factus à Deo quòd erat illi ad hanc vitam & lucem aditus dicebat, certus de sua salute. Vtrique ad hanc meam spiritalem consolationem, quam in ventre huius piscis habeo visitatus à Domino hoc mihi adiectum est etiam, & hoc addo, quod visurus sum templum sanctum domini. Quod vero septuaginta æditio loco dictionis græcæ seu coniunctionis ἄρα, posuerit, Putas ne. cum signo hoc? interrogationis, nescio qua lege hoc fecerit, nec scio quomodo in hoc loco vox hæc Græca possit esse nota illatiōis, vt vult Hyeronimus. Ego enim quomodo hoc sequatur ex præcedentibus non video. Quamuis enim illud ἄρα. hic positum, aliquando (vt multis in multis locis significat) nota sit illationis, & aliquando affirmationis, quando est paroxitonon, hoc modo ἄρα, sicut est coniunctio dubitatiua penultima, seu priori inflexa, hoc modo ἆρα, cui sępe additur γε hoc modo ἆρά γε pro an. Nū? Tamē in ho c oco, non uidetur quod interrogatiue

2. Tim. 1.

Hierony.

ponatur, cum non sit inflexæ prior, sed dictio pa roxitōa sic scripta ἆρα, nec in fine orationis seu clausulæ ulla sit interrogationis, aut dubitationis nota. Iam vero quod non sit nota illationis exprecedentibus uideri potest. Restat ergo quā tum capio, saluo meliori iudicio, quod dictio il la græca ἆρα, sit affirmationis signum, quo nos propheta de sua salute, & diuina consolatione certiores reddit. *Circundederunt me aquæ usque ad animam meā; Abyssus uallauit me. Pelagus operuit caput meum; ad extrema montium descendi terræ uectes incluserunt me in æternum.* Quo malorum deuenerit, dicit propheta, primum dicit non fuisse partem sui corporis, in quā aqua lassa non deuenerit, Circundatus enim erat aquis, quę etiam animam illius penetrauerant. Aquæ corpus tegebant totum, & timor, & pauor illarum ipsam animam. Pro uallo illius erat abyssus aquarum, quibus erat circundatus, imo obuolutus luto, & limo. Aquę enim uicinę abyssis in terris voluuntur, & multum secum limi trahunt. Hinc cupiebat liberari qui dicebat, Saluū

Psalm. 68. me fac Domine, quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam. Nihil non fuisse corporis sui sub aquis unico uerbo dicit cū caput eius coopertum aquis asserit, dicens *Pelagus operuit caput meum.* Iam uero quód ad extrema montium descenderit, quis nesciat? cum ad abyssos usq; peruenerit, nempe ad profunditates aqua-

rum vnde surgunt montes, & eminent terris super campos, & colles surgẽtes: quibus quasi vectibus & columnis, Dei voluntate, qua omnia facta sunt, globus terræ sustẽtatur: de qua dicitur Ego firmaui columnas eius. Illic se dicit conclusum in æternũ: quia qui ad malorũ extremum peruenit, putat impossibile esse illinc gradũ reuocare posse. Si vero ad prophetã aspiciamus in tali cõstitutum statu, hyperbolice profectò loquitur: multum.n. exagerat malum, quod patitur, affectu hominis infirmi, in summa tribulatione positi. Si uero ad Dominum Iesum, & uerum nostrum typicum Ionam aspiciamus: vere, ad uectes vsque, & feras inferni descendit. Illasq; confregit, quibus sancti detinebantur Patres. Descendit, enim ad inferos cum anima eius sanctissima migrauit à corpore, unde sanctos patres extraxit, inferni mordens, & confringens duriciẽ. De illo enim apud Oseam dictum est. Morsus tuus ero, inferne. Morsus.n. pars est eius quod mordetur. Morsorum enim pars remanet, & pars extrahitur. Libuit in medium adducere septuaginta, & uulgatam æditionem: multũ enim distant ab Hebrea, sic enim habet, περιεχύθημοι ὕδωρ ἕως ψυχῆς μου, ἄβυσσος ἐκύκλωσέ με ἐσχάτη, ἐδυ ἡ κεφαλή μου εἰς σχισμὰς ὀρέων κατέβην εἰς γῆν. ἧς οἱ μοχλοὶ αὐτῆς κάτοχοι αἰώνιοι. Oseæ.13.

Circunfusa est mihi aqua usque ad animam meã. Abyssus uallauit me nouißima. Intrauit caput meũ

adſciſſuras montium. Deſcendi in terram, cu-ius uectes ſunt retinacula æterna. Ad Christum caput hominum, & angelorum hæc maximè pertinent: quia ad inferiores partes terræ deſcendit: ſecundum effectum quidem, inquam libet infernorum locum: ſecundum ſubſtantiã uero, ad infernum patrum ſolùmodo. Eo enim deſcendit dominus Ieſus, quò ſuas oues peccatum proiecit. Vide Thomam. 3. t. q. 52. de deſcenſu Christi ad inferos. *Et ſubleuabis de corruptione uitam meam, Domine deus meus.* Dixerat propheta in quam miſeriam deuenerat: & modo dicit, talem ſe Deum, cui obediunt omnia habere, & talem Dominum, cui nihil eſt impoſſibile: ut illius gratia, & auxilio poſſet rediuiuus, etiam ſi mortuus fuerit, redire ad ſuperos. Quid non expectabunt ſerui à tali domino? Quid formidare poteſt creatura, qui talem, ac tantum creatorem habet, qui uocat ea, quæ non ſunt, ac ſi eſſent. Quomodo non inſtaurabit colapſa, qui ea, antequam eſſent, ex nihilo creauit? Confidenter ergo dicit Ionas in profundo abyſſi poſitus. *Subleuabis de corruptione uitam meam, domine*, qui potens es, & cui obediunt omnia, Deus uitæ meæ. Soſpitem ſe, & incolumem uidebat Ionas in uentre ceti, ubi iuxta naturam corporum corrumpi debuerat, & in cibum, imo in ſubſtantiam beſtiæ poſt corruptionem conuerti. Ideo blandientis affecta com-

Q̃ſo Chriſ ad inferna deſcendit.

communem Dominum, ac Deum quasi suum proprium inuocat: ut per ipsum illi liceat, liberiori aura uesci. Remeare, atque ascendere ad suos desiderabat Ionas: ut confiteretur nomini Domini: & qui descenderat in profundum maris narraret mirabilia Domini, quæ ibi operatur Deus quotidie. Hoc clarius legitur in septuaginta hoc modo καὶ ἀναβήτω ἐκ φθορᾶς ἡ ζωή μου πρός σε κύριε, ὁ θεός μου.

Vulgata æditio sic habet. *Et ascendet de corruptione uita mea ad te, Domine, Deus meus*. Iam uero si ad Christum dominum referas hunc locum Ionæ, omnia sunt manifesta. Descenderat enim Dominus ad corruptionem, & ad inferna, à corruptione prorsus liber. Prophetatum erat hoc in quinto decimo psalmo, ubi dicitur, Nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Dixerat mala sua Ionas, & liberationem ab illis: modum uero dicit fuisse orationem, ideo sequitur. *Cum angustiaretur in me anima mea, domini recordatus sum, ut ueniat ad te oratio mea, ad templum sanctum tuum*. Non poterat non exaudiri, & delectari, qui Dei recordatus, in tribulatione sua totum se ad Deum conuertit. In tribulatione mea, inquit Regius Psaltes, Deum exquisiui manibus meis, nocte contra eum, & non sum deceptus. Memor fui Dei, & delectatus sum. Quotiescunque enim aduer- si aliquid

Chr̃s liber a corruptione. Psal. 15.

Qui se ad Deũ cõuertit non põt non exaudiri.

Psal. 76.

si aliquid accideret Dauidi: ad dominum recurrebat: & si uulnus per noctem, recrudesceret, nec remitteret se dolor: recusabat admittere ullam consolationem aliam, ab ea, quam aspectabat à Domino. Ita Ionas cum in an gustia positus esset, in aluo piscis inclusus, uenit illi in mentem, non posse se saluum fieri, ni si dei auxilio: & ideo illud implorauit, & exandi tus est. Summũ, & securum asyllum oratio. Respicite filij nationes hominum, & scitote, quia
Eccle. 2. nullus sperauit in domino, & cõfusus est. Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? Aut quis inuocauit eum, & despexit illum? Qm̃ pius, & misericors est, & remittit in die tri bulationis peccata: & protector est omnibus ex quirentibus se in ueritate. Quod maius exemplum quærimus, quam Ione, & nautarum, atq; Niniuitarum? quos omnes in hoc breui libello uidere est. Vocat seruus fugitiuus, & exauditur à domino suo: & pristinæ, & fortassis maiori, restituitur gratiæ. Vocant nautæ idololatræ, & repulsam non patiuntur. Vocãt Niniuitæ filij Can parricidæ, & tyranni, Nõ toth progenies prauа, molles, atque effeminati homines: & tamen ad eorum uoces suas Deus aures non clausit. Dei bonitatẽ, & misericordiã, an vim oratiõis, quid magis admirer, nescio. Vide Ionã, quid dicat. Cũ desperarem, inquit, salutem, & carnis fragilitas in medio uẽtre ceti nihil me de vita sperare permitteret,

mitteret, quicquid impoſſibile uidebatur, domini recordatione ſuperatum eſt. Videbã me clauſum in utero ceti, & tota ſpes mea dominus erat. Ex quibus diſcimus iuxta ſeptuaginta, eo tẽpore, quo deficit anima noſtra, & à corporis cõpage diuelitur, non nos debere aliò cogitationẽ uertere, niſi ad eum, qui & in corpore & extra corpus noſter eſt dominus. Sic enim habet ἐν τῷ ἐκλίπειν ἀπ' ἐμοῦ τὴν ψυχήν μου, τοῦ κυρίου ἐμνήσθην, καὶ ἔλθοι πρός σε ἡ προσευχή πρὸς ναὸν τ' ἁγίου σου.

Cum deficeret ex me anima mea, Domini recordatus ſum; & uenit ad te oratio mea ad templũ ſanctum tuum. Ad illud, inquã, templũ, in quo æterna frueris beatitudine. Intret in conſpectu tuo oratio mea ad templum ſanctum tuũ. Orat optat exaudiri. Orat pro oratione, pro præcatione præcatur. Orat, ut oratio eius domini, Regisque ſui intimam cortinam penetret. Quod uero ad dominum noſtrum Ieſum uerum Ionam attinet, facilis eſt interpretatio. Turbata eſt enim anima eius, & cœpit tedere, & pauere, & deficere: ita ut humi ſtratus ab Angelo ſublevaretur, & confortaretur, poſitusque in agonia prolixius orabat, Et factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis, decurrentis in terram. Et cum ſurrexiſſet ab oratione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dormientes præ triſtitia, & ait illis. Quid dormitis? ſurgite, orate, ut non intretis in ten- Luc 22.

in tentationem. Vide quomodo Dominus in agonia orat, & discipulos suos, ut orent hortatur. Perpetua oratio fuit uita Christi Iesu domini nostri: quam oratione initiatus est, & oratione finiuit cum clamore magno, & lachrymis ad eum, qui poterat eum saluum facere, ut inquit Paulus. Et exauditus est pro sua reuerentia.
Heb. 5. *Qui custodiunt uanitates frustra, misericordiam suam derelinquent.* Dixerat de oratione multa, & quod totam spem suam in illa collocarat, quo nos doceret, sperare in domino, & tutò ad præsidium orationis confugere. Sed quia sunt multi, qui non exaudiuntur, imo sepe sunt repulsam passi, respondet propheta hóc non fieri culpa, aut defectu oratiõis; sed male orãtis. Deus. n. natura misericors est, & paratus ut saluet sua clemẽtia: nos uero uitio nostro paratã misericordiã derelinquimus. Ideo nõ dixit propheta, Qui faciũt uanitates misicordiã suã derelinquũt: ne damnare uideretur uniuersos (nemo est. n. qui nõ peccet) sed dixit. *Qui custodiunt uanitates frustra.* i. qui transeunt in affectũ cordis: qui nõ solũ faciunt uanitates, sed custodiunt, & thesaurizant eas: contra quos clamat Regius psaltes,
Psal. 4. Filij hoĩm usq; quo graui corde, ut qd diligitis uanitatẽ, & quæritis mendaciũ. Tales derelinquũt suam misicordiã, indigni, qui illã consequant à Deo. Sua. n. praua obstinatione, sese indignos diuina misicordia fecerunt. Nã Deus natura misericors

Nõ exaudiri non est defectus orãtiõis: sed male orantis.

Deus natura misericors est.

ricors

ricors eſt, imo ipſamet miſicordia, paratus, ut ſaluet miſicordia, quos nõ põt ſaluare iuſtitia. Nos aũt uitio noſtro paratã miſicordiã, & ultro ſe offerentẽ perdimus, & relinquimus fruſtra. Sine cauſa ſeſe perdunt tales: abſq; ulla cauſa ſeipſos odio proſequũtur, cũ mille haberẽt, uel ſola natura duce, ut ſe amarẽt. Sed tu interim uide, quo modo propheta in uentre ceti poſitus, quaſi ſui oblitus, de noſtra ſtultitia philoſophatur. Dolent ſancti uicem noſtram, & offenſam Dei. Vidi inquit Dauid, præuaricantes, & tabeſcebã: quia eloquia tua non cuſtodierunt. Poteſt hoc, & ex perſona Domini Ieſu intelligi, tanquam prophetia de perfidia Iudæorum: qui dum ſe æſtimant præcepta hominum, & phariſæorũ ſeruare (quæ uanitas & mendacium ſunt) Deum, qui ſemper eorum miſertus fuerat, relinquerunt: de quibus dicit propheta, Mendaces filij hominum. unde in ſeptuaginta legitur, φυλασσόμενοι μάταια, καὶ ψευδῆ, ἔλεος αὐτῶν ἐγκατέλιπον. Sancti miſericordes.

Qui cuſtodiunt uana, & mendacia, miſericordiam ſuam dereliquerunt. Ego autem in uoce laudis immolabo tibi, Quæcunque uoui, reddam, pro ſalute Domino. Longe aliter ſapit Ionas & ſancti, quam mendaces filij hoĩum. Iſti cuſtodiunt uanitates, & ſuã derelinquunt miſicordiã: at iuſtus iniquitatem odio habet, & abominatur: legem autem Domini diligit, & miſericordiam ſuam quærit, Sic ſapiens Ionas pro ſe orat Dominum, Et ſacrificat αἰνέσεως καὶ ἐξομολογήσεως. εἰς σωτηρίαν μοι τῷ κυρίῳ.

ctificas illi hostias confessionis, idest, laudis in altari cordis sui pro suo peccato: immolat hostiam spiritus contriti, & humiliati. Tales enim hostias diligit Deus. Quod autem dicit, Immolabo tibi, maxime ad nostrum summum pontificem Christum attinet, qui factus est nobis sacerdos, & hostia, quiq; semetipsum obtulit pro no-
1.Cor.5. bis in altari crucis. Etenim pascha nostrum, (inquit Apostolus,) immolatus est Christus. *Et di-*
Orationis effectus. *xit Dominus pisci & euomuit Ionam in aridam*. Finem, seu exitum, aut effectum orationis, & fidei, atque confidentiæ Ionę audiamus. *Dixit dominus pisci, & euomuit Ionam in aridam*. Fecit dominus, quod uolebat Ionas. Canat ergo
Dei dicere est facere. Ionas, Saluum me fecit, quoniam uoluit me. fecit, dominus (nam dei dicere, est facere.) quod petebat Ionas ab illo. Petamus & nos, & optatis fruemur. Præcepit dominus mari, abyssis nouissimis, scissuris montium, inferno, & magno ceto; ut restituerent terris Ionam: & obediunt
Math. 12. ei omnia. Sicut enim dixit, sic factum est. En, quod dixit dominus Iudæis, signum de cælo petentibus. Generatio mala, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus. Præcepit enim Deus morti ut restituat Christum terris (Deus enim suscita

uit

nitillum) ut suo sanguine, chyrographo delicti destructo,quod contra nos erat, liberaret illos, qui tenebantur captiui, uinculis mortis ligati; ut canamus nostro Pontifici, De manu inimico rum nostrorū liberati. Dirupisti uincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis,& nomen Domi ni Iesu seruatoris nostri inuocabo. Hic est, qui paulo ante dixerat in suo typo Iona, *Immolabo ti bi pro salute mundi: quæcunque uoui reddam tibi.* Ille nos patri obtulit, ille nos uouit: non faciamus mendacem ueritatem: mundi simus, & ab uniuersis peccatorum sordibus separati: ut nos Deo patri offerat uictimas,quas uouerat.Quod autem dicit, *euomuit*, Emphatice dictum est, quòd ex intimis uitalibus mortis uictrix uita processerit,septuaginta habent ἐξέβαλε.*expulit.* Quæris quo pacto cete Ionam in terram eiecerit. Terræ ne applicuit cete, & quiete pignus de posuit in terra, aut per fauces,aperto ore, quasi per scalas, aut gradus descendens ad ualuas usque oris,ceu portam piscis deueniens,è faucibus prodiens, qui inclusus erat, uelut in obscuro carcere, impublicum atque manifestū prodijt. Si uero tantum portui applicuit, num humi hæsit, & in sicco mansit.Sic enim sæpe illis piscibus contigit,ut qui in aquarum, aut tumescentibus undis prope ripas uenerint, tranare non potentes, neque paucitate aquæ surgere ualentes, in littoribus mortui maneant. Iam uero si hoc ti-

mens cete elongè proiecit ut uidetur græcus sermo dicere. Numquid Ionæ caput fregit illisum marinis saxis? Aut si in lutum, uel in arenam expulit à longe num corpus contriuit, aut aliquid malifecit? Quæstiones sunt hæc friuolæ, pueriles & humanæ sapientiæ: quæ apud Deum stultitia est. Deo obediunt omnia, Deo nihil petit: Salua sunt, quæ sunt sua, Omnia quę cunque uult facit in cælo, in terra, in mari, & in omnibus abissys. Omnia enim potest. Sit ergo nomen domini benedictum, ex hoc nunc, & usque in seculum. Amen. Sed nos iam uideamus, quid Ionas fecerit quādo exiuit de uentre piscis.

Finis capitis secundi.

CAPVT TERTIVM

Iona misso iterum ad Niniuem: populus ad eius prædicationem resipiscit.

TEXTVS

ET factum est uerbum Domini ad Ionam secundo, dicens, Surge, Et uade in Niniuē, ciuitatē magnam; Et prædica in ea prædicationem, quam ego loquor ad te. ἐλάλησα.



Apientis boniq́ue domini est, uel le lucrari seruum, & non perdere. Post plagas uelle imputare seruo, quod male fecerit, huiusmodi correptio, non tam emendare est, quam malè acta exprobrare, & iniurijs afficiendo animum deprimere. De Messia dicit Esaias propheta. Calamum quassatum non conteret, & lignum fumigans non extinguet. In ueritate educet iudicium. Non erit tristis, nec turbulentus. Ideo bonus, & misericors dominus, non dicit seruo suo Ionæ, Quare hoc fecisti? Quare non obedisti mandatis meis? serue nequam, Improbe serue, serue fugitiue, quare non fecisti, quod

Seruorum qualis esse debet punitio.

Esa. 42.

quod in mandatis acceperas? Imo quare in mandatis non accepisti, quod tibi præceptum erat? Sufficit bono domino sola naufragij correptio: nihil amplius addit; non suspendit ab officio: non spoliat suis bonis; non aufert dignitatem, & dispensandi uerbi Dei honorem; non priuat gratia perpetua, sed ad se reuocat iterum, & ad pristinam gratiam, & officium recipit: cui iterũ iubet seruire, dicens, *Surge, & uade, Et prædica*, Discant Principes, & Domini, non statim ad primam seruorum offensam se inexorabiles reddere, & seruos suos pro quocunque delicto à se abiicere, & relegare: scientes quòd & ipsi Domini num, quem quotidie offendunt, habent: unde Paulus Coloss. dixit, Domini, quod iustum est, & æquum seruis præstate: sciẽtes, quod & uos Dominum habetis in cælo. Nondico, quod non puniantur peccatores, & mali serui: sed quòd non perdant domini, quos possunt lucrari. Nõ dico, quòd auferant officia, & dignitates ab iniustis, & indignis seruis, sed quòd parcant piis, & resipiscentibus: ideo non dicit Paulus, quod Domini agant quod iniustum est, seruorũ causa: sed quod est æquum, & iustum. Iniquũ est, sustentare, & perpetuos facere iniquos magistratus, & iustitiæ inimicos, ob id tantum, quia sunt Regibus chari, & dominis suis, ut qui donis, uel iniquo dominorum obsequio, conciliauerunt sibi principum gratiã. Iniustum est etiã, quo

Principes & domini in seruos quales esse debent.

quo minima offensa, sine malitia commissa, in quam sæpe incidunt serui, uel humana fragilitate, aut ignorantia, statim ministros relegare, priuare officijs, aut contemptos pro nihilo habere. Ex æquo, & bono, & non ex iniquo idest rigurolo iure, debent Principes censere leges, & decreta. Nolo perdant bonos, nec seruent malos: Sunt qui expellantur multi dignissimi ex delinquentibus: sunt & qui debeant seruari, & reuocari. Dignus fuit Iudas, qui abiret in malam rem, & qui relinqueretur in manus nequam consilij sui, quibus laqueum sibi pararet, & se suspenderet in patibulo, ne multos ad patibula cogeret immerito. Dignus, qui seruaretur, & Petrus, qui lachrymis suis lauerat suum delictum, & ianitoris cælestis palatij exerceret officium. Sed nos iā uideamus, quomodo Ionas in gratiam domini sui redijt, iussus suum iterum exercere officiū. *Surge (inquit Dominus), & uade in Niniuem ciuitatem magnam, & prædica in ea prædicationem, quam ego loquor ad te.* Videant hic prædicatores, quid debeant prædicare. Non est liberum præcoonibus uerbi Dei, sicut pictoribus, atque poetis, quibus, quodlibet audendi fuit semper æqua potestas, dicere quicquid uelint. *Prædica (inquit Dominus Ione) prædicationem, quam ego loquor ad te*, non quam tibi suggerit carnis prudentia, uel audendi, & murmurandi, fingendique quod uelit, tua dira cupido, uerborum luxuries, licenti-

Prædicatores quid debeāt prædicare.

Vide de prædicatorib. Esa. 61.

tia fandi, auri sacra fames, & adulatio Principũ, infamis lucri, fugitiuique honoris, & tenuis populi auræ captandæ gratia. Hinc hæresum pestes hinc idololatriæ, hinc omnium malorum colluuies. Hæreticus est enim (ut mea fert opinio) q̃t magnus Pater Aug. qui alicuius temporalis cōmodi, & maximè gloriæ principatusque sui gratia, falsas, ac nouas opiniones, uel gignit, uel sequitur. Vide quam magnum malum est cupiditas quæcunque, quæ est idolorum seruitus. Hęc, inquit sapiens, fuit uitæ humanæ deceptio, quoniam, aut affectui, aut Regibus deseruientes homines, in communicabile nomen lapidibus, & lignis imposuerunt. Magna prædicandi licentia hisce temporibus. Nemo potest suũ mechanicū officium sartorum, cariariorū, & id genus multorum, libere, ac publice exercere sine reip. magistris ad hoc opus signatis. Horum autoritate, & licentia in publicum prodeunt cuiusque artis magistri. At bene, recteque uiuendi ars nullos, aut paucos examinatores habet. Quam multi suggestus ascendūt, & docent uiuere Christiane, qui Christum non sapiunt, imo multi illorum sunt antichristi. Qui cum Deum fatentur uerbis, factis negant. Quot concionantur ad Dei (ut ipsi dicunt) honorem, qui Deum in honorant: de quibus dicit Apostolus, Si autem tu requiescis in lege, & glorians in Deo, & nosti uoluntatem eius. Et probas utiliora.

Hereticus quis sit. Aug. To. 6 de vtil. cre.

Sap. 14.

Antechristi multi.

Rom. 2.

tiliora, instructus per legem, confidis te ipsum esse docem cecorum, lomen eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem iosipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ, & ueritatis in lege. Qui ergo alium doces, te ipsum non doces: qui prædicas non furandū, furaris: qui dicis non mechandum, mecharis: qui abominaris idola, sacrilegus es: & qui in lege glotiaris, per præuaricationem legis Deum in honoras. Taceo, quòd multi officium prædicaodi sumpserunt, in occasionem murmuraodi. Hi nihil minus faciunt, quàm quod se facere dicont. Discant prædicatores Euangelij à primo prædicatore Ioāne Baptista, quid debeant prædicare. Prima enim. Euangelizatio publica cæpit à Ioanne Baptista. Et propterea Marcus asseruit initium Euangelij à prædicatiooe Ioannis Baptistæ, dicens, Initium Euangelij Iesu Christi filij Dei, sicut scriptum est in Esaia propheta, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Vox clamantis in deserto, parare uiam domini, rectas facite semitas eius. Fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicans baptismum pænitentiæ in remissionem peccatorum. Quid ergo prædicabat Ioannes. Pœnitentiam. Hoc enim fuit eius thema, quod post eius mortē Domious Iesus prosecutus est. Pœnitentiā agite, appropinquauit regnum Dei. Postquam autem traditus

Baptista primus Euangelij prædicator. Mar. 1.

Esa. 40.

est Ioannes, venit Iesus in Galilæam prædicans Euangelium regni Dei dicens, Quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnū Dei, pœnitemini, & credite Euangelio. Pro quo nota, Quòd vniuersa Euāgelij materia hoc verbo comprehensa est. Materia enim prædicationis, & annunciationis significatur per regnum Dei: non regnum mundi. In quo comprehenduntur omnes virtutes in hac vita, & omnis fœlicitas in futura. Hæc autem Euangelizatio regni Dei in quatuor secatur partes. Prima est venisse plenitudinem temporis prædictā à lege, & prophetis: quo.ss.misit Deus filiū suum in mundum. Secunda est, appropinquasse regnum cælorum, ad differentiā veterum, qui annunciabant regnū terrenum, promittentes fœlicitatem regni in terra promissionis: & per hoc declarat regnum cælorum esse idem quod regnum Dei. Et sicut in prima particula prædicat veritatem legis, & prophetarum, ita in hac secunda prædicat spē non terrenæ fælicitatis, sed regni cælorum, quod tunc dicitur appropinquasse, quia ue nerat itroductor hominum in regnum cœlorū. Tertia est, Pœnitemini, quæ ad male actæ uitæ pœnitentiam inducit, sine qua uana est spes regni cœlorum, in quod nihil coinquinatum introibit. Quarta est, Credite Euāgelio. Fides quatto prædicatur, adhibenda non solum ueteri testamento, sed & nouo, quod Euangelium appellatur.

Materia Euāgelii regnum Dei.

Euāgelizatio habet 4. partes.

tur. Habes quid prædices, Euangelice præco, audis quid Dominus prædicatori suo Ionæ iubeat prædicare: habes aquam, & ignem ante oculos tuos: extēde manum ad mortem, uel ad uitam: liberum est enim tibi utrum malis. De nostro uero Iona xpo certò scimus, quod manifestauit nomen patris sui hominibus: & quod sicut mādatū dedit illi pater sic fecit: prædicans pœnitentiam hominibus in remissionem peccatorum. Nusquam enim non prædicauit de regno Dei, quo uno (ut diximus) uerbo tota Euāgelica materia prædicanda clauditur. Totum autem, quod iubetur, quod obedit, quód non uult, dicens, Trāsfeat à me calyx iste, & quod iterum uult, quódque patris secundò exequitur uolūtatem, refert ad hominē, & ad formam serui, cui talia uerba conueniunt. *Et surrexit Ionas, & abiit in Niniuem iuxta uerbum Domini. Et Niniue erat ciuitas magna Dei, itinere trium dierum.* Percussus, & bestiæ uentris carcere inclusus Ionas fecit, quod blando sermone iussus, facere contempsit. Pudore, & liberalitate, debere educari filios, & pueros, potius quàm metu arbitror: si bona indole sint præditi: si uero mala, flagello, & metu. Verberibus est tentandum, quod uerbis non efficimus. Latior, & suauior est uia amoris: sed interdum breuior timoris: utrūque est tentandum, & quod certius fuerit, arripiendum. Non eadē uia suauis, omnibus animantibus. Male doscendit

Amore, & timore ducendi sunt homines.

dit lupus, qui bene ascendit. Qui enim breuiores habent anteriores pedes, quam posteriores non eque descendere possunt, ut ascendunt. Quisque sua ducendus est uia. Prima uia amoris melior est: at secunda timoris non est relinquenda, si prima minus sit peruia. Non semper nauigant nauta uento secundo, ac recta uia: sed nunc inuersis uelis, nunc pansis, nunc partim collectis. Nunc prima, nunc secunda nauigatione portui applicant. Optima prima nauigatio nec tamen mala secunda. Solum naufragium malum. Vt portum teneas nauclere, subeundi tibi sunt mille labores. Nunc remis incumbendum mox uela tendenda uentis: iam colligenda, nūc totum extensam nunc medium. Iam enim flabit à pupi uentus prosper, iam à prora contrarius. Nunc flabunt importuni uenti, nunc ponent. Antequam securā teneas stationem, multa discrimina patiuntur nautici. Princeps debet laborare, vt magis ametur à suis, quam timeatur. Vnum tamen illi est exploratum sit, certioque sciat, utrunque illi esse necessarium. Non enim idem genius hominibus. Velle suum cuique est, nec uoto uiuitur uno. Amore, & obsecratione alij, alij timore & uerberibus sunt trahendi. Quomodo autem utrunque necessarium sit uide Aug. ad Vincentium, ubi dicit se aliquando fuisse huius sententiæ, ut arbitraretur, cum hæreticis nulla ui, sed solo Dei uerbo agendum: uerum

Principes magis appetant amari quā timeri

Aug. To. 2. Epist. 48. Quomodo agēdum sit cum hereticis.

aliorum sententijs, & exemplis superatum, se mutasse sententiam. Hæc sunt ipsius uerba in illa Epistola. O si possem tibi ostendere ex ipsis circuncellionibus, quam multos iam catholicos manifestos habeamus, damnantes suã pristinam uitam, & miserabilem errorem, quo se arbitrabantur pro Ecclesia Dei facere quicquid inquieta temeritate faciebant. Qui tamen ad hanc sanitatem non perducerentur, nisi legum istarum, quæ tibi displicent, uinculis tanquam frenetici ligarentur. Quam multi ex ipsis nobiscum nunc gaudentes pristinum pondus perniciosi sui operis accusant, & fatentur, nos tibi molestos esse debuisse, ne tanquam mortifero somno, ita morbo ueternosæ consuetudinis interirent. At enim quibusdam ista non prosunt: Nũquid ideo negligẽda est medicina, quia nullorum est insanabilis pestilẽtia? Nec obliuiscendum quod ipse dominus adhuc infirmo Petro ait, Non potes me modo sequi, sequeris autem postea. Cum uero terrore utili doctrinæ salutaris adiungitur, ut non solũ tenebras erroris lux ueritatis expellat, uerumetiam malæ consuetudinis uincula uis terroris abrumpat, de multorũ salute lætamur benedicentiũ nobiscũ, & gratias agentium Deo, ꝙ sua pollicitatione completa, qua Reges terræ Christo seruituros esse promisit: sic curauit morbidos, sic sanauit infirmos. Non omnis, qui parcit, amicus est:

Prou. 27. nec omnis, qui uerberat, inimicus. Meliora sũt uulnera amici, quàm uoluntaria oscula inimici. Melius est cum seueritate diligere, quàm lenitate decipere. Qui phreneticum ligat & lethargicum excitat, ambobus molestus, ambos diligit. Quis nos potest amplius amare, quam Deus? & tamen nos, non solum docere suauiter, uerum etiam salubriter terrere non cessat. Formentis lenibus, quibus consolatur sæpe etiam mordacissimam tribulationis medicamentũ adiungens: exercit fame Patriarchas, etiam pios & religiosos. Populum contumacem pœnis grauioribus agitat. Tandem sic in illa epistola ait: Mea primitus sententia erat, neminem ad unitatem Christi esse cogendum; uerbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione uincẽdum, ne fictos catholicos haberemus, quos apertos hæreticos noueramus. Sed hæc mea opinio nõ cõtradicẽtiũ uerbis, sed demonstrantiũ superabatur exẽplis. Nam primo mihi oponebatur ciuitas mea, quæ cum tota esset in parte Donati, ad unitatem catholicam timore legum imperialium conuersa est. Quam nunc uidemus, ita huius nostræ animositatis perniciem detestari, ut in ea nunquam fuisse credatur. Ita aliæ multæ, quæ mihi nominatim commemorabantur. Exemplo sit nobis Ionas. Quid quæris magis. *Et factum est,* (inquit ipsi) *uerbum Domini ad Ionam filium Amathi, dicens, surge, & uade in Niniuem ciuitatem grandem,*

H

dem, & prædica in ea. Quanto ctedis lumioe, Quanto amore, & suauitate; hæc ctedis fuisse à Domino dicta Ionæ? sanè diuina. At ipse quomodo obediuit uerbis Dei blādis? fugiendo in Tharsis. Sic enim ait. *Et surrexit Ionas, ut fugeret in Tharsis à facie domini.* At uero postquam io obedientiæ suæ debitas dedit pœnas, præcipitatus in mare, & inclusus io piscis carcere, secūdo iussus idem facere, surgit statim, & sicut mandatū accepit à Domino, sic fecit: ideo dicit, *Et surrexit Ionas, & abiit in Niniuem iuxta uerbum Domini.* Cum autem ī principio cap. 1. dixisset, quod Niniue erat ciuitas grandis: modo declarat, quam grandis erat, dicens, *Erat autem Niniue ciuitas magna Deo: qua si itinere uia dierum trium.* Sic enī habent septuaginta, ἡ δὲ νινευὶ ἦν πόλις μεγάλη τῷ θεῷ, ὡσεὶ πορείας ὁδοῦ τριῶν ἡμερῶν.

Erat autem magna dei siue Deo illa ciuitas, qua si itineris uia trium dierum. Tanti enim ambitus erat ut uix trium dierum posset itinere circūiri. At ille (ut inquit D. Hieronimus) præcepti, & superioris naufragij memor uiam trium dierum unius diei festinatione compleuit. Sunt qui dicant, illum in tertia taotum parte ciuitatis prædicasse, & ad reliquas confestim prædicationis sermonem peruenisse. Dominus autem noster proprie post eius ab ioferis reditum consurgere dicitur, & uerbum domini prædicasse, quādo misit ut baptizent eos, qui erant in Niniue, In nomine

Hierony.

mine patris, & filij, & spiritus sancti, hoc est itinere trium dierum. Et hoc ipsum sacramentum salutis humanæ unius diei oia. i. vnius Dei confessione perficitur, hoc est quod dicit. *Et cœpit Ionas introire in ciuitatem itinere diei unius.* Vide flagelli uires, flagellatus. n. Ionas, iam non fugit in Tharsis, iã nõ tergiuersat, iã non putat licere sibi ullas dicere cãs, nullas q̃rimonias nec excusationes: sed oiã arripit ciuitatis, et incipit p̃dicare, & cõuertere Niniuitas: ad quos oẽs nondum omnino præsentia, sed fama accesserat. Cum enim ipsa iter haberet trium dierum, ille unius tantũ fecerat, & Niniuitæ iam erant ad clamorem; quẽ relatione acceperant, conuersi. Hoc est quod dicit. *Et clamauit & dixit. Adhuc quadraginta dies, Et Niniue subuertetur.* Clamat flagellatus Ionas, qui primò rogatus tacuerat, prædicat predicationem, quam dominus locutus est ad illum, & ideo ad illam Niniuitæ sunt conuersi. Quod uerò legitur de numero dierũ, *Quadragĩta adhuc dies*, apud septuaginta legitur, ἔτι τρεῖς ἡμέραι, hoc est, adhuc tres dies. Hieronymus hic dicit, trinus numerus, qui ponitur à septuaginta, nõ conuenit pœnitentię: & satis miror cur sic translatum sit, cum in Hebreo nec literarum, nec syllabarum, nec accentuum, nec uerbi, si ulla cõmunitas. Tres. o. dicuntur שָׁלשׁ & quadraginta אַרְבָּעִים Quadragenarios numerus cõte[illegible]nit pctõribus, & ieiunio, & orationi, & sac-

Quadragenarius numerus.

& facco, & lachrymis, & perseuerantiæ deprecandi: ob quod Moyses quadraginta diebus ieiunauit in monte sina, & Helias fugiens Izzabel in dicta fame terræ Israel, & Dei desuper ira pendẽte, quadraginta dies ieiunasse describitur. Ipse quoque Dominus uerus Ionas missus ad prædicationem mundi, ieiunauit quadraginta dies: & hæreditatem nobis ieiunij relinquens ad esum corporis sui sub hoc numero nostras animas præparat. Quod uero concionem Ionas clamorem uocat, Euãgelij more dixit. Clamasse enim perhibetur Dominus, dum cõcionaretur quo itelligeremus, illum de rebus maximis agere. Sed tu nota quòd hæc prophetia nõ est descẽdens de certa & infallibili prescĩetia Dei, ubi omnia sicut sunt, ita permanent: sed est comminatio ad correctionem proponens iuxta ultionem secundum præsentia peccata Niniuitarum. Quanquam, ut Hieronymus inquit, euersa est Niniuæ, quæ antea mala erat, & bona ædificata est, quæ non erat. Stantibus mœnibus, Euersa est ciuitas in perditis moribus, & quanuis non sit factum, quod illi homines timuerũt futurum, prophetante Iona, factum est tamen, quod futurum erat, à Deo prædictum. Vide Dei bonitatem, uide patientiam in uasa plena iræ apta in contumeliam, & in interitum. Vnde Origen. Deus ad benefaciendum promptus est, ad puniendum uero dissimulator. Cum.n. posset reos

Exo. 34.
3. Reg. 34.
Concio Euangelica dicitur clamor.
Prophetia comminatiua.
Hierony.
Ad benefaciendũ promptus deus, dissimulator vero ad puniendum.

reos sine contestatione iusti iudicij punire, nunquá tamen hoc facit: sed etiamsi condemnauerit, prædicit, vt liberentur per pœnitentiam: qui damnati fuerant per delictum. Non vult Deus silentio punire damnatos, sed dans eis locum pœnitentiæ, misit Hæbreum prophetam, qui diceret, adhoc tres dies &c. quia condemnati erant, sed agentes pœnitentiam, impetrauerũt misericordiam. Vide quàm sit hominum amator Deus, nec quemquam vult perire. Considerans enim Deus Hierusalem propter peccata sua deuastandam, & erat sua extrema sententia, vt captiuitati relinqueretur, antequàm depopulationis instaret tempus, misit Hyeremiam, qui eos inuitaret ad pœnitentiam, sub Rege Iosia, & post hunc sub secundo Rege Ioachim, & sub tertio Sedechia quando imminebat captiuitas: & adhuc ad salutem hortatur Deus tribuens & ante vnum diem, locum pœnitentiæ: vsque ad captiuitatem enim Hierusalem prophetauit Ieremias. Iam hostium, vincula, strinxerant manus, & nihilominus hæc dicebat Deus. Ecce captiui facti estis. Agite, licet sero, pœnitentiá. Rogate me, & ego parcam vobis. O immensam Dei patientiam, & bonitatem. Quousq; Iudam ad pœnitentiam expectauit. Non quæramus maius exemplũ, quàm Niniuitarum idololatrarum filiorum pessimorũ parentum, quorum peccata quasi iure hæreditario acceperunt, & tamen conuersi per pœnitentiam

Deus nemi né vult perire.

Immensa Dei patien tia atq; bonitas.

tiam ad Deum, repulsam non sunt perpessi, ideo sequitur. *Et crediderunt uiri Niniuitæ in domino, & prædicauerunt ieiunium, & uestiti sunt saccis à maiori usq; ad minorem.* Mitũ sanè Niniue idololatra credidit Deo, & iudæa Deo suo vero nõ credidit, & ecce plusquã Ionas hic. Ideo in die iudicij viri Niniuitæ surgent, & condemnabunt gentẽ hanc pessimam, quæ tot prædicationes, maximè illius Ecclesiastæ filij Dei, non credidit. Niniuæ autem ad unam hospitis Ionæ conuersa est. Recepit gentilitas alienigenum prophetam, & iudæa incredula tot patriis non credit prophetis, imo ingrata occidit eos. Merito conqueritur de illa domi nus prophetarum, dicens, Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties uolui congregare filios tuos sub alas, & noluisti; ideo relinque tur domus uestra deserta. Non me enim uidebi tis amplius quousq; dicatis bñdictus, qui uenit i nomine domini. Credit Niniue, & incredulus Israel manet infidelis. Veniunt, & intrant canes in domum domini sui, & filij fugiunt, & foras longe abeunt peregrini indomibus alienis; quia alli extero credunt prophetæ, isti uero non credunt suo prophetarũ domino. In propria enim uenit, & sui eum non receperunt. Verũ est, quod dominus dixit. Non est propheta sine honore ni si in patria sua. Credunt Niniuitæ, & pœnitent, & à uita præterita resipiscunt, induti sacco, & ci

Math. 12.

Math. 23.

Math. 13.

licio

licio circumcincti, ieiunant, dolent, & mærent, atque plorant, moribus mutatis, & vestibus, à maiori usque ad minorem, & à minori usq; ad maiorem, digni, qui placeant Deo sacco, & ieiunio, qui luxu displicuerūt epularum, & uestium

Saccus & ieiuniū sūt arma pœnitentium.

Saccus, & ieiunium arma sunt pœnitentium. Peniteant paruuli, & senes, quando omnes peccauerunt: Lugeant fœminæ, & masculi, quia uterque sexus risui indulsit. Nobiles, & ignobiles, populus cum proceribus, agāt pænitentiam, quia peccauerunt omnes. Omnes declinauerunt simul corrupti sunt, abominabiles facti sunt, inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, nō est usque ad unum. Quid mirum? Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, quanto magis homo peccator, qui quasi aquam ebibit peccata. Chrisostomus secutus septuaginta, qui pro quadraginta diebus indictæ pænitentiæ ponunt tres, magnificat hanc Niniuitarum pœnitentiam triū dierum, quæ sic breui Deo conciliat homines. Petrus tertio denegauit dominum, & cum iuramento ad puellæ uilissimæ uerba formidauit, & ad pœnitentiā suā non multorū spatia postulauit annorū; sed ipsa nocte, qua cecidit, ipsa quoq; te surrexit: ipsa nocte in qua meruit plagā, meruit ueniam, atque medelam. Vide uetam penitentiā Petri, & post tanti criminis reatum vide ad quā tam excellentiam culminis eleuatur. Ideo non te terreat tuorum conscientia peccatorum, cū pœniten-

Ps. 13.

Iob. 15.

Chris. to. 2. hom. de Iona.

pœnitentia Petri.

Mat. 26. Luc. 22.

nitentiâ deleantur. Maximū pondus peccatorū, qd non nisi pœnitētia aleuiatur. Proijciebāt nauticimerces in mare laborabāt nautæ, mittebāt ī fluctus uasa, & quicquid ante oculos videbāt in naui: sed nihil proficiebant, quia peccatū, quod non videbant, pōdus in nauī habebant. Hoc importabile pondere prægrauabatur, & submergebatur nauis. Hoc erat pondus plumbi Zachariæ sup quod sedet iniquitas. Hoc erat pōdus, quo incuruabatur Dauit, & quod tantum sentiebat ut illo pressus nec pedem mouere posset, sibi factus grauis. Supergressæ sunt, (inquit,) super me iniquitates meæ, & sicut onus graue grauatæ sunt sup me. Hæc erat spina, quæ illum pungebat, confixa in corde eius. Nisi adsit leuamen pœnitentiæ ad inferni profundum hoc pondus trahit. Discamus ergo uel à barbaris fidem, pietatem, conuersionem, pœnitentiam, timorem perdēdi unum peregrinum, ordinem iudicij, misericordiā, & nostræ salutis solicitudinem, & curam, atque timorem minarum Domini. Deum immortalem quot bona in barbaris nautis & Niniuitis, & in nauticis, atque uectoribus generis permixti: & quanta impietas in quibusdam Christianis. Merito dominus dicit. Multi ueniunt ab oriente, & occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob, & filij regni eiicientur foras. Quare? quia deest nobis Deus, & adest illis? minime, sed quia nos desumus gra

Zach. 5.

Peccatum est pondus trahens ad infernum. Chrisos. 5. hom. 2. de pœn.

tiæ

uerborum indicant humilitate. Hoc insinuare uidetur propheta, cum dicit. Et peruenit verbū ad Regem Niniue. Credendum, populom prius pœnitentiam egisse, quàm regem, nam simul ac audiuit prædicationem, & uerbum illius, *Adhuc quadraginta dies Niniue subuertetur*, conuersus est, & egit pœnitētiam coopertus, sacco, & cilicio. Vnde statim sequitur, *Et crediderunt Niniuitæ in Deum, & prædicauerunt ieiunium, & uestiti sunt saccis à maiori usque ad minorem*. Peruenit hic rumor ad regem, &, quòd nouus ille hospes, & Iudæorum propheta Ionas prædicaret in regno suo, ad cuius sermonem bona pars regni sui conuersa, pœnitentiam facere cepisset & non contradixit, nec à sedibus regni sui expulit, sed suscipit hospitem, collumque iugo veræ prædicationis extendit, & subiit humilem serui cem: cum populo suo, iam credente, ipse quoq; credidit: & simbolum eorum pœnitentiæ dedit, indictum quòd nouum pœnitentiæ genus, quo abstineant non capacia pœnitētiæ quadrupedia. Et suo quodammō signum pœnitentiæ ostendāt præcipit. Quo facto cōminatoriæ prophetiæ pœna cessat, & Deus, qui misericors est, arcū cōminatoriū, quem uibrabat in illā gentē, non extendit. Tu mō uide singula Regij edicti, & si uelis & per iumenta intelligere illa, de quibus propheta dicit, Homines, & iumenta saluabis, quē admodū multiplicasti misericordiā tu, ò Deus, Ps. 35.

bene quidem: si uero de quadrupedibus intelligere uelis, nõ errabis: nec cõtinuo cogeris dicere bestias sacco coopertas: id quod de sole, & luna non intelligimus, ubi legimus illa sacco esse uestita, quod metaphorice intelligimus. Ieiunasse uero illa, & aquam non bibisse, nec quicquam sumpsisse alimenti, nihil prohibet, quin credamus, & bruta animantia hoc modo fuisse afflicta, ut uel sic & homini paterétur in rebus suis. Iam uero quòd quidam dixerunt, peruenisse uerbum ad Regem Niniue, & illum pœnitentiam egisse, de Principe harum tenebrarum intelligẽdum, quem putant in fine mundi per pœnitẽtiã saluandum: alienum est à fide catholica, quę profitetur, & credit, ignem inferni, qui præparatus est diabolo, & angelis eius esse æternum. In inferno enim nulla est redemptio: ubi cum Princeps tenebrarũ harum cum suis sequacibus torqueatur, non est quod cogitet quisquam de illo æterno carcere illos esse aliquãdo exituros. Quod uero hic legimus, peruenisse uerbum ad Regem Niniue: de ipso Niniuitarum Rege sine dubio intelligimus, qui certior factus de prædicatione Ionæ, & de conuersione, & pœnitentia gẽtis suę ipse quoque tandem credidit, & pœnitentiam solennem per totum regnum indixit, & misericordiam à misericorde Deo consecutus est. Qui enim dixit, Non multi potentes, non multi nobiles, non multi sapientes, non dixit nullus potens,

Ezech. 32.
Esa. 50.

Ignis inferni est æternus diabolo & angelis eius.

1. Cor. 1.

tens, nullus sapiens, nullus nobilis credidit. Deus enim uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Quæ distributio accommoda est. Surgant ergo Principes, & Reges terræ à folio superbiæ suæ, abijciant uestimenta suæ maliciæ, induantur sacco mœroris, circunspergantur cineræ mæstitiæ. Ieiunent epulones, & delicati, & clament ad Dominum in fortitudine, conuertantur à uia sua mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus malorum filiorū operum: & sciant quia conuertetur dominus, & ignoscet eis. Qui enim in frugifero oleastro pepercit, & fractis ramis oliuæ parcet, illosque bonæ suæ inseret oliuæ. Ad pœnitentiam ante, & uerbū quod sequitur adiecit Rex. *Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ & non peribimus.* Ambiguum, & incertum ponit, ut dum homines dubij sunt de salute, fortius agant pœnitentiam, & magis ad misericordiam prouocent Deum, inquit Hieronymus. Ego uero dicerem si fortiter, dubitantes de salute, clamant ad Deum, & tantam ac talem pœnitentiam agunt, de salute incerti: quanto maiorem pœnitentiam debent facere, & fortius clamare, qui certi sunt de salute sua & de misericordia Dei pœnitētes christiani? Nos enim de misericordia & bonitate Dei & uirtute ueræ pœnitentiæ sumus certi: ideo fortius clamamus ad Deum conuersi. Crediderunt Niniuitæ Deo.

1. Tim. 2.

Hierony.

Crediderunt Deo per suum prophetam, quod essent peccatores: & crediderunt, quod Deus esset iustus iudex, apud quem nullũ malum impunitum, nec ullum bonum irremuneratum: & crediderunt iustam illis in dictam subuersionis pœnam, si non conuerterentur à uia sua mala. Crediderunt etiã, quod misericors esset Deus

Ioelis.2. patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malicias hominum: & crediderunt, quod si uellet, posset illos saluos facere: & licet dubitarent de sua salute, non desperauerunt de bonitate Dei, & sic egerunt filij alieni, imo mali, & peccatores serui pœnitentiam: & misericordiam sunt consecuti. Quid nos non consequemur amici, & filij paterno sanguine loti de pœnitentia certi, qui quotidie audimus in quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius? Ergo uel saltem philosophiam barbarorum imitemur, qui incerti de uenia, pœnitentiam faciunt, dicentes. *Quis scit, utrum conuertatur Deus, & ignoscat?* At quis Christianorum non conuertatur ad Deum per penitentiam, si credit, quòd miseretur Deus & uere penitentibus peccata condonat? *Et uidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de uia sua mala & misertus est Deus super malicia, quam locutus fuerat ut faceret eis.* Benignus pater noster cę-

Ezech. 18. lestis, natura misericors, non uult mortem peccatorum, sed ut conuertantur, & uiuant. Vide

Nini-

Niniuitas peccatores: quorũ opera uidit Deus, erant enim mala: uide et ipsos pœnitentes, quia conuersi sunt à uia sua mala: uide ipsos ad uitam reuocatos. Misertus est enim Deus sup malicia, idest supplicijs & tormentis, ac pœnis, quibus digni erant, & quæ illis minabatur. Mutatunt opera Niniuitæ, & mutauit Deus sententiam. Nouit enim Deus mutare, non consilium, sed sententiam: si nos nouerimus mutare uitam. Mutarunt Niniuitæ uitam, & Deus mutauit damnationis sententiam, quam locutus fuerat comminatiue, & ideo non compleuit. Non erat puniturus qui sic cõminabatur. Ille me (dicimus) custodit, qui comminatur mihi. Magna profecto misericordia domini, magna & uirtus pœnitentiæ. Misericordia domini plena est terra, immo & cœlum. Domine in cœlo misericordia tua, & usque ad nubes ueritas tua. Imitemur nos Niniuitas, & consequemur hanc magnam misericordiam Dei. Non habebant Niniuitæ in sententia Ionæ hanc conditionem, si conuertamini ad dominum, pœnitentiam agentes de uita vestra mala, misericordiam consequemini. Nihil tale comminatiue dixit propheta, sed absolute publicam sententiam ueluti præconis voce. *Adhuc quadraginta dies Niniue subuertetur.* At illi non prorsus desperantes de misericordia Dei, in certi dicunt. *Quis scit, utrum conuertatur Deus, & ignoscat?* Finem igitur rei ignorantes, penitentiam

Mutat deus sententiam si opera mutamus. Aug.

Psal. 35.

haud negligunt. Nullos alios habent Niniuitæ Niniuitas, quos imitentur, nullas, quas sequantur nationes talem misericordiam consecutas: nullos quos legant prophetas: nullos patriarchas, quos audiant, & tamen cum omni diligentia pœnitentiam agunt incerti. Et nos certi, & edocti, & tot exempla habentes, & iussi pœnitentiam agere talibus terroribus, Nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis. Nos, qui prophetas legimus, nos quibus quotidie clamãt in suggestibus tot, ac tales concionatores in persona Dei certam misericordiam agentibus pœnitentiam promittentes: remissas manus, & debilia genua habentes, in pœnitentes, salutem nostram contemnemus? Si hoc fecerimus, qua obsecro pœna digni erimus? Non ergo simus christiani nomine tantum, sed opere, & ueritate: Non promittamus tantum sed opere compleamus promissa. Non peccemus, sed si peccauerimus, mutemus mala opera: Aduocatum enim habemus ad patrem, qui pro nobis consequetur misericordiam. Non enim faciet dominus malum, quod comminatus est nobis, si mala opera mutauerimus: Nec bona implebit, si boni conuertantur ad uitia. Dum ergo tempus habemus, pœnitentiam agamus, nec illam ad ultimũ usque diem certæ mortis nostræ, & incerti diei differamus.

Luc. 13.

Exo. 24.
Ech. 18.

Nam, ut quidam dixit scilicet nostris morie-

mur

.mur horis,

Certa non certis manet hora læti,
Sicut in lucem genuit dies, qui
Nos sine nobis

Vigilemus ergo, quia non scimus diem, neque horam. Consideremus malam uitam, ut plurimum, malam sequi mortem, & bonam uitam bonam mortem. Hac enim animaduersione punitur peccator (inquit magnus Pater Augustinus) ut moriendo obliniscatur sui, qui uiuendo oblitus est Dei. Aliorum uita nostram corrigamus. Hæc enim scripta sunt, non ut sciamus, sed ut bona exempla imitemur, & mala fugiamus.

Finis Cap. Tertij.

CAPVT QVARTVM.

Dolens Ionas seruatam Niniuem: sibiq; ablatam hæderam: arguitur à domino impatientiæ, & inmisericordiæ.

TEXTVS



ET *afflictus est Ionas afflictione magna. Et iratus est, & orauit ad dominum & dixit.* Flent cum flentibus sancti, & gaudent cum gaudentibus. Nunquam glotiantur sancti de aliorum ruina: nec flent ptopter aliena prosperitatem: hic enim affectus inimicus est charitati. Non ergo dolet propheta, vt quidam autumant, quòd sint gentes misericordiam consecutæ, sed quòd pereant oues Israel, ad quas Christus, cuius ipse erat typus, venturus erat. Videbat Ionas subintrare gentes, & impleri quod scriptum erat, Ipsi me irritauerunt in eo, qui nó est Deus: & ego irritabo eos in eo qui non est populus. Et desperans de salute Israelis, magno dolore concutitur. Dolet etiam, quod ipse electus sit de tanto prophetarum numero qui ruinam suo

Sancti non gloriantur de aliorũ ruina. Ionas doler & cur. Deut. 32.

suo populo aanuntiet per aliorum salutem. Dolet ergo, quod pereat Israel, & quòd gentiũ multitudo saluetur. Sic Dominus noster Iesus Christus fleuit super israelitas, oidens quòd tollerent paois filiorum, & daretur canibus. Non est booum, (inquit, mulieri Cyrophenisæ,) tollere panem filiorum, & dare canibus, vocans gentes canes, & israelitas filios. Sic Paulus cupit anathema fieri pro frarribus, & suom cor tristitia dicebat affectum, oidens illorum perditionem, & apostoli primum prædicant Israeli, iode pulsi, dolentes, quod illos domestici non audiãt, conuertuotur ad exteras nationes. Pulchre autem dolet Ionas, sic enim interpretatur eius nomeo, dolẽs, aut gemens. Quanquam (ut uerum dicamus) alienus est spiritus gratiæ io nouo testamento à spiritu concesso in testamento oeteri: Zelo accensi uin dictæ sancti ueteris testameoti, ignem mittebãt de cœlo ĩ offensores diuinæ maiestatis. Sic Helias quinquagenarios principes cũ suis quioquaginta cœlesti percussit igne: Sic Phinees perfodit impudicos: Sic Moises occidit homicidam Aegyptium. Hoc zelo accensi Iacobus, & Ioannes, uolebant, ignem de cœlo coosumere samaritanos, eo quòd Dominum non recepissent, cui dixerunt, ut Lucas refert, Domioe, uis dicimus, ut ignis descendat, sicut & Helias fecit, & consumat illos? Magnus apostolorum uindictæ zelus, magna profectò, & fides. Ad quos cõuersus Dominus,

Luca. 19. Mar. 7. Rom. 9. Act. 13.

Ionas dolens.

Spiritus ueteris, & noui testamẽti.

4. Reg. 1.

Zelus sanctorum ueteris testamenti.

Exo. 2. Luc. 9.

Zelus apostolorum.

misus, dixit, Nescitis, cuius spiritus estis. Filius hominis non uenit animas perdere, sed saluare.
Luc. 9. Nec simpliciter solum negauit dominus illorũ combustionem, sed increpando, dixit, Nescitis, cuius spiritus estis. Conuersus (dicit Lucas) increpauit illos. Sic enim solemus irati conuerti ad eos, quos de male acta re aliqua, uolumus reprehendere. Nec per hoc putes, dominum damnare eos, qui publica autoritate malos, etiã pœna ignis afficiunt. Puniendi enim sunt rei. Appa-

Puniendi sunt rei.

ret autem in uerbis Domini, in culpa fuisse intellectum non discernendo spiritũ gratiæ in nouo testamento, à spiritu concesso in testamento ueteri. Ac si aperte diceret. Adhuc non discernitis differentiã inter impulsum consonũ gratiæ, quã ego affero mundo, ab impulsu gratiæ concessæ Heliæ, & patribus ueteris testamenti. In illis enim fuit impulsus ad iustitiam uindicatiuã: sic enim congruebat illi tempori. Modo autem uniuersus impulsus est ad miserendum, & saluandum. Et declarat spiritum noui testamenti à proprio spiritu, & à proprio officio, dicens. Filius hominis non uenit animas perdere, sed saluare. Non mirum igitur, si Ionas, qui spiritum gratiæ nondum acceperat, ægre ferat tantam patientiam Dei quod gentes illas pessimas idololatras, ut per illum destinatur, non perderet, sed seruaret. Et hic sensus magis conuenire textui uidetur, propter sequentia uerba. Scio quia

quia tu deus clemens, & misericors es, patiens, & multæ miserationis, & ignoscens super malitia. Et hæc fuit causa cur fugeret Ionas in Tharsis, quia timebat non uenturam iram Dei super illos idololatras, cum Deus esset misericors, sicut ipsemet dicit, *propter hoc præocupaui, ut fugerem in Tharsis. Scio enim quòd tu Deus clemens, & misericors.* Potuit, & tertia causa mœroris, & fugæ, assignari Ionæ: amoris, honoris proprij. Cum enim prædicasset Niniuem subuertendam, & uellet uerax propheta uideri: cum non ita euentus rei uideretur, sicut ipse prædixerat, amator sui ipsius Ionas, & sui nominis, & ueritatis zelator propriæ, dolet non comprobari rei effectu, quod uerbis dixerat. Triplex igitur fugæ & doloris Ionæ assignari potest causa. Zelus. s. uindictæ in alienos subditos peccatis: in suos Israelitas pietas, non ferens illis anteponi alios; & amor proprius sui nominis, & ueritatis. In his peccauit Ionas, & est dignus uocia, qui non celauit, sed manifestauit suum peccatum. Hic est sanctorum mos, crimina propria manifestare, & solum Deum bonum, atque uerum, prædicare. Sed nos iam quærimonias Ionæ uideamus.

Causa cur fugeret Ionas i Tharsis.

Triplex cã fugæ Ionæ.

Sanctorum mos est crimina pria manifestare.

Obsecro domine, nũquid nõ hoc uerbũ meũ, cum adhuc essẽ in terra mea. Propter hoc pocupaui, ut fugerẽ in Tharsis. Scio. n. quia tu es Deus clemẽs, & misericors, patiẽs & multe miseratiõis, ignoscẽs sup malicia. Querelas suas obsecratiõis exordio réperat Ionas.

Ionas. Apud ſeptuaginta ſic legitur, ὦ δὴ κύριε. Sic enim ſolemus dicere, volentes nos excuſare apud Deum, aut illum inuocare teſtem eorum, quæ arbitramur iuſte egiſſe, dicentes. A domine, vel ò domine, ὦ.n. circumflexum (vt hic legimus) aduerbium eſt vocandi. δὴν παραπληρωματικόν. Dictio hæc in Hæbreo depræcantis eſt interiectio, quæ talis eſt אָנָּה Quod ergo dicit tale eſt, ſi te clemen tem prædicatem domine populo huic, Niniuitarum nullum malefactæ vitæ pœniteret: ſi iudicem crudelem, aut ſeuerum tantum: ſciebam hoc tuæ naturæ non eſſe. In hac ergo conſtitutus perplexitate, præhabui fugam prædicationi de te non dignæ. Hæc cauſa meæ fugæ in Tharſis. *Nunc non hoc uerbum meum, cum adhuc eſſem in terra mea?* Nonne ego hoc cogitaram, cum eſſem in terra mea? Nunquid non hoc dixi meis, cum de tuis miſerationibus agerem cum amicis: & ad memoriam reuocaremus miſericordias tuas, quæ à ſæculo ſunt? Recolo me hoc dixiſſe tunc, te. ſ. facturũ, ſicut modo factum eſt. Bene ergo dicebam, non faciet, nõ euertet Niniuitas, quia miſericors eſt, ſcio quia flectetur miſericordia, quia natura miſericors eſt, & multus ad ignoſcendum. Ego vero interim falſus propheta videbor, & mendax prædicator. Hæc mecum recogitans, latius eſſe duxi, uacare contemplationi in Tharſis, & vacare iocundis, quàm prædicare triſtia, quę euentu-

Eſa. 55.

ra

351

ta non erant. Tristis nuncius ero,& pronunciator malorum nunquàm futurorum. Quid faciã? Quid dicam? Quò me misero uertã? Consultius mihi erit, in aliqua delitescere solitudine, ubi meæ saluti consulere potero, quam ire ad Niniuitas in cassum seruum non frugi. Hæc meditatus sum, hoc meũ consilium sum secutus. Quid mihi cum sermonibus rixæ, & discordiæ? Miserum me, quid faciam? Perfricui frontem, mandatis tuis non obediui, & non obediens nihil profui, in utilem seruum quid pateris? Tolle aiam meam, illius enim iam diu me est pertæsum. Ideo sequitur. *Et nunc domine, quæso, tolle animam meam à me, quia melior est mihi mors, quam uita.* Quomodo mors lonæ uita melior sit, ut ipse dicere uidetur, multa indiget consideratione. Pro cuius expositione consideranda sunt, q̃ D. Aug. de fœcunditate diuinarum scripturarum dicit. Fœcunda est, inquit, ueritatis autoritas, & dum diligẽter discutitur, de se gignere, quod ipsa est, cognoscitur. Sæpe enim discussa ueram conuenientiam parit, quam manifestis sermonibus ab scōdit: sæpe apertis insinuat, in quibus nihil prę ter id, quod sonat, inquirendum inuitat: ut est il lud quod Abraham genuit Isaac Isaac genuit Iacob, & id genus alia, in quibus sola tenenda est litera. Quædam autem sic commendat, ut pariter literam, & mysticum intellectum insinuet, ut in transitu maris Rubri, manna cœleste, & taberna-

Aug to.9. de assump. B.Mariæ.

bernaculo Dei, & arca testamenti, ubi futurorũ figura, baptismi, f. Christi, & Ecclesiæ ostensa est prerogatiua. Quædam tantũ mystice, ut cum

Gen. 3. Deum, dicit, in sufflasse in faciem Adæ spiraculũ uitę: qui tamen os ad spirandum non habet, nec manus ad operandum: licet dicat propheta: Ma nus tuæ domine fecerunt me & cæt. Cum ergo mors Ionæ uitæ præhabẽda ndeatur, altius hæc contemplãda sunt, & ad ueritatem (cuius typus erat Ionas) respiciendum Christum Dominum. Tolle, inquit filius ad patrem animam meã tristem vsque ad mortem (in manus enim tuas cõmendo illam) melior nãque mihi est mors, quã uita. Viuens unam gentem Israel saluare nõ pos-

Mors Xpi vita totius mundi. Rom. 5. sum, & moriens mundum saluabo. Mors Christi uita totius generis humani fuit. Vt quid enim Christus cum adhuc peccatores essemus secundum tempus, pro impiis mortuus est. Vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Hæc est misericordia domini super vitas. Magna quippe misericordia illius, qui pro impijs, & immisericordibus mortuus est, ut sua morte mortuos uiuificaret. Hic est ergo ille uerus Ionas, qui ad patrem suum, & Deum suum dicit. Et nunc domine, quando aliter niuere nõn potest humanum genus, nisi ego moriat:

352

tiar : nec in cœlum ascendere nisi ego in infernum descendam, postquam patibulum crucis ascendero, quæso tolle animam meã à me, quia melior mihi est mors, quam uita. *Et dixit dominus, putas ne bene irasceris tu.* Quantæ est artis infirmum curare, qui dum sensu caret, sensatum duplo oportet medicum esse. Iratus & contristatus, & ideo infirmus, maleque habens erat Ionas, & ne uideretur dominus, tristem contristare reprehendendo, eius arbitrio relinquit iudicium. Non enim dicit illum absque ullo merito iratum, aut immerito contristatum; quasi inuideat, quòd gens illa pœnitens misericordiam sit consecuta à Deo : nec boni conserui esse, fœlicitati sui conserui inuidere : Sed blande illum ad iudicium, & meliorem : sanioremque mentem uertit. Quem dum linire, & honore afficere uidetur, parcens uerberat, atque percutit. Iratus erat Ionas quod uidebatur apud Niniuitas se fuisse mentitum, & contristatus, putans Israelem fore periturum, utrunque enim sonat uerbum Hæbraicũ חָרָה לָךְ iratus es tu, contristatus es tu, in Septuaginta vero habetur, σφόδρα λελύπησαι σύ. Valde tristatus es tu, Affectus bonorum est ualde tristari, de alienis malis, quæ sua reputant : sicut lætari ualde de fratrum bonis. Charitas enim non propria communibus, sed communia propriis anteponit.

Charitas communia propriis anteponit.

ponit. *Et egressus est Ionas de ciuitate, Et sedit contra orientem ciuitatis, Et fecit sibimet umbraculū ibi, & sedebat subter illud in umbra, donec uideret, quid accideret ciuitati.* Hēt hic locus iuxta regulā.D. Aug. literam, & mysticum intellectū. Reue Aug ro. 9. de assump. B. Mariæ. ra non æquo animo ferens Ionas Niniuitarum salutem, quos subuertendos putabat, & uidebat incolumes: egressus est de ciuitate, ne ab illis ui deretur, ad quos prædicauerat, & cum quibus de submersione ciuitatis locutus fuerat: timens ne mendacij argueretur. Et egressus à ciuitate lōgeque ab hominibus factus non omnino suos auditores reliquit, sed à longe aspiciebat, & considerabat, quid de illis fieret, dubius, prosperi, an aduersi. Non enim satis exploratum habebat, uellet dominus Niniuitas perire, an saluos fieri parceret illis nec ne. Cum ergo illius animus in dubio esset, panlo huc ac illuc impellebatur: mo re nauis, quæ nec à pupi prosperum uentum habet, ut recte currat, quò properat: nec à prora cōtrarium prorsus, qui illam, unde egressa est, ire compellat: sed aduersos undique uentos habēs, huc ac illuc iactatur, nō longe facta ab statione, unde egressa anchorā soluerat, nec ualens, quo pergebat applicare, expectat, quid tandem facto sit opus, & qua illi statione anchora sit proiicieda. Sic Ionas itineris, & euentus rei dubius nec in publico apparere audet, nec uult omnino Niniuitas relinquere: sed de medio illorum egres-

 353

ſus, vmbraculum, paruamque caſam, ſeu taber-naculum quodam, tanquam peregrinus ſibi fe-cit: unde ciuitatem poſſet uidere. Illinc ergo cō-templabatur ciuitatem, expectans, quid Domi-nus de illa facere uellet. Sedebat autem ad um-bram, quia forte uer erat. Habet litera hæc miſti-cum non parui momenti. Sedebat uerus Ionas de ſua maieſtate contractus ſub umbraculo, ꝙ ipſe ſibi fecerat cum patre, & ſpiritu ſancto. Ab omnibus enim tribus diuinis perſonis fabrica-tum eſt illud ſanctiſſimum umbraculum huma nitatis Chriſti, & terminatum eſt ad perſonam tantum filij. Non enim Deus pater nec Deus ſpi ritus ſanctus, qui hoc opus fecerunt, ſed Deus fi lius, qui etiam fecit, incarnatus eſt. Seſſio quidē ad humilitatem Chriſti in primo ſuo humili ad-uentu pertinet: & ad maieſtatem eiuſdem in ſe-cundo ſuo glorioſo aduentu: cum ueniet, non iam iudicandus ab hominibus, ſed iudex uiuo-rum, & mortuorum: cum reddet unicuique ſe-cundum opera ſuà. Subter umbra latebat in pri mo aduentu, quando eum ſui non cognouerūt, ſed in maieſtate apparebit in ſecundo aduentu cognitus ab omnibus. Deus enim noſter manife ſte ueniet. Quod uero dicitur, contra orientem ciuitatis, in ſeptuaginta aliter legitur hoc modo καὶ ἐκάθισεν ἀπέναντι τῆς πόλεως. Et ſedit in con-ſpectu ciuitatis, ſeu ante, uel e regione ciuitatis, ubi de oriente nihil dicitur. *Præparauit Dominus*

Vmbraculum humanitatis ab oībus tribus diuinis perſonis fabricatū eſt.

 Deus

Deus hæderam, & ascendit super caput Ionæ, ut esset umbra super caput eius, Et protegerat eũ.)laborauerat enim) & lætatus est Ionas super hedera lætitia magna. Rationem habuit Dominus laboris Ionæ, ideo illi hæderam præparauit, quæ ab iniuria æstus, & laboris prædicationis suum vendicaret prædicatorem: propter quod dicit, laborauerat enim. Est merces operi nostro pro Deo suscepto his qui pro Christo labo-
Math. 10. rant. Voca, inquit procuratori suo, operarios, & da illis mercedem. Fessis in mundo non datur requies. Stipendium peccati mors: gratia autem Dei uita æterna in Christo Iesu Domino nostro. Aestu indignatiōis affectus erat Ionas plus quam prædicationis labore. Angebatur, mœstus erat, & afflictus, humi stratus, iacebat fessus sub umbra umbraculi, quod sibi fecerat: & forte per rimas solares ingressi radij augebant calorem, quem labor, & dolor inflixerant. At dominus, qui laborem nostrum & dolorem considerat, secundum illud prophetæ, Vides, quoniam tu laborem, & dolorem consideras, miseratus serui sui afflictionem, tegit umbraculum Ionæ uiridi, ac tenui arbusto, quod illi umbram præberet, unde frigus opacum captaret. Ideo dicit, *laborauerat enim.* Magna ratio habenda est laboris seruorum, id quod faciunt, qui credunt se unum communem dominum cum seruis suis habere: conseruósq; esse illius com-

Fessis ĩ mũdo non datur reqes.

Deus laborẽ & dolorem nostrũ cõsiderat. Ps. 9.

Seruorum cura.

communis Domini, qui dicit, Non alligabis os boui trituranti. Quem locum exponens Apostolus, dicit, Nunquid de bobus cura est Deo? an propter nos utiq; dicitur? Nā propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe, qui arat, atare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi. Videat qui in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellantur, ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate, & impietate sua. Sequaces hæderæ, fultæ parietibus, ui nunt: & sine substentaculo cadunt. Hæc quo altius ascendunt furcis, aut lapidibus adhæren tes, eo profundius decidunt derelictæ à quibus tenebantur. Ita & ille populus Israeliticus, dū portabatur in manibus dei, eminebat altius super omnes gentes: at postquam dereliquit Deum creatorem suum, imminutus est super omnes gentes. Vnde sapienter Regius psaltes dicebat. Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Deo spem meam. Quod vero ad nomen uitentis umbraculi attinet, in Hæbreo habetur. קִיקָיוֹן. quod cucurbita uel hę dera sonat, de quo. D. Hieronymus in hoc loco multa dicit. At septuaginta sic habent, κὴ προσέταξε κύριος ὁ θεὸς κολοκύνθη. Et præcepit Dominus Deus cucurbitæ. Dicant qui uelint, ego credo pergulam illam, siue testudinem, aut vmbraculum Ionæ, cucurbitæ, uel hæderæ ramis fuisse coopertam. Est autem

Deut. 25. 1. Cor. 9.

Psal. 72.

Cucurbi- cucurbita notiſſima herba fructus magnitudine omnes tam herbarum quam arborum fœtus exuperans: ad tegendas pergulas idonea, & ad umbras aptiſſima: cuius ad ſedandos calores, fructus idonei. Vnde nõ immerito lætatus eſt Ionas lætitia magna, uidens frondes, & flores, atque fructus cum teoni umbra, quibus æſtum, & famen, atque dolorem ſedare poſſet. Sed tu hic conſidera, quam ſoleamus fortuitis caſibus aſ-

Faciliter mutamur. fici, & quam minimis rebus commoueri. Ita natura compatatum eſt, ut maximi atque humi les fiant mortales. Ad ima deſcendunt abyſſi, & ſtatim ad ſydera uſque attolli uideas. Iam ſumus plus æquo triſtes, mox chachinis diſſoluimur, naribus idulgẽtes. Triſtis erat Ionas uſq; adeo, vt diceret illi Dominus iuxta ſeptuagīta. Valde triſtatus es tu, & mox de eodem looa dicitur, *Et lætatus eſt Ionas ſuper cucurbita lætitia magna*. Magna afficitur Ionas lætitia pro re parua, nempe pro naoa cucurbita, & pro eius folijs, & floribus, atque umbra. Hæc tranſit, fugit, & euaneſcit

Pſ.89. illi decidunt in terram mittuntur io clibanum, & mane non ſunt, qui hodie erant: imo qui mane erant, non ſuot ueſperi. Iam ueto, ut omnia dicam uoo verbo. Ille creaturarum p ræſtantiſſi-

Eſa.40. mus homo, cuius cauſa ſunt omnia, eſt ſicut fœnum, & omnis gloria eius flos agri, atu't fœnum, & decidit eius flos. At ueto ſi cooſideremus proxima uerba iuxta ſeptuaginta inuenie-

mus

mus omnia plena sapientiæ. Vbi enim Hieronymus haber, *Et preparauit Dominus Deus hæderam, & ascendit super caput Ionæ*, In septuaginta sic habetur.

καὶ προσέταξε κύριος ὁ θεὸς κολοκύθῃ,
καὶ ἀνέβη ὑπὲρ κεφαλῆς Ἰωνᾶ τοῦ εἶναι
σκιὰν, ὑπεράνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ.
τοῦ σκιάζειν ἀπὸ τῶν κακῶν αὐτοῦ.

Vulgata, *Et præcepit dominus Deus cucurbitæ, & ascendit super caput Ionæ, ut esset umbraculum super caput eius, & protegeret eum à suis malis.* Vide obsecro, cui Deo curam Ionę comittit, uanæ cucurbitæ, insensate, leui, sine intellectu, imo & sine sensu, ultimum, atque infimum gradum de uitis habēti, nēpe cum plantis negetan. Huic hortensi herbæ præcepit Deus, ut uisiet, & consoletur Ionam tristem, ascendens super caput eius, umbraculum illi præbens, & à suis protegat malis. Id quod & ipsa cucurbita effecit, opere cō plens, quod acceperat à domino in mādatis. Nec id solum hoc fecit molis & tenera cucurbita, sed & magna lætitia illum affecit: ita ut lætaretur Ionas cuper cucurbita gaudio magno. Mira res, mirabilis potentia, uolūtas efficacissima per quam facta sunt omnia. In effabilis poiētia, & in cōprehensibilis uirtus eius, qui uocat ea quæ nō sunt ac si essent: imperat uentis, & mari, & omnibus quæ in eis sunt, & sic obediunt omnia sine ullo negocio, sicut domino suo obsequentissimi ser-

Deo seruiunt oīa.

Mira Dei potentia.

Rom.4.

Potẽtia obedietialis. ui. Quę est obedientialis potentia in omni creatura, quæ subdita est Deo, & in omnibus obedit, sicut præcepit cucurbitæ, ut caden tem erigeret Ionam, sic præcepit uermi, ut deiiciat cucurbitam, Sic. n. inquit, *Et præcepit Deus uermi mane ita crastinum, & percussit cucurbitam, & arefacta est*. Et qui præcepit cucurbitæ; & uermi, præcepit, & soli ut percuteret Ionam, & angustiaret, quem consolari iusserat cucurbitæ. Sic enim inquit, *statimque ut ortus est sol, præcepit dominus spiritui ardoris ardenti, & percussit sol super caput Ionę, angustiatus est*. Vide Dei bonitatem, vide Dei potentiam, sic enim inuenies in omnibus tribus locis apud septuaginta προσέταξε. Præcepit, siue imperauit, ubi in uersione Hieronymi habetur parauit: quanquam & in ultimo, qui tertius est locus, habeatur, & præcepit domi nus uento calido. Sed iam ad textum accedamus. *Et parauit dominus uermen ascensione diluculi in crastinum, & percussit hæderam, Et exaruit, & cum ortus fuisset sol, præcepit dominus uento calido, & urenti, & percussit sol super caput Ionæ, & æstuabat*. In magna domo non solum sunt uasa aurea, sed & argentea, & lignea, (inquit, Paulus,) & fictilia: & quædam quidem in honorem, quedam autem in contumeliam. Omne quidem uas utile, quod est ad usum domini: nec ullum reiiciendum, quod est in ministerium domus. Omnia etiam

De uerme matutino Aug. to. 2. Epist. 49. q. 6.

2. Tim. 2.

tiam minima seruiunt domino, & sub diuina eius prouidentia cadunt: quibus pro ut uult utitur. Habet Deus angelos ministros, & spiritus flammas ignis, de quibus dicit propheta. Benedicite domino omnes angeli eius, potentes uirtute, facientes uerbum illius, ad audiendum uocem sermonum eius. Benedicite domino omnes uirtutes eius ministri eius qui facitis uoluntatem eius. Benedicite domino omnia opera eius in omni loco dominationis eius. Benedic anima mea domino. Omnia seruiunt domino suo. Non uidetis piscem magnum cete marinum, uermem terræ, & uentum urentem, procellam maris, & hortorum cucurbitam illi seruire, tanquam iustitiæ suæ ministros. Quid mirum si ranas, muscas, cyniphes, puluerem, cinerem, grandinem, tonitrua, fulgura, ad uindictam stultorum uocar? Pugnabit orbis terrarum, (dicit scriptura) contra insensatos. Quid quod, & pilos caprarum in usum templi sui recepit? Omnis creatura seruit omnium domino, quia bona est creatura omnis, Et nos cum simus mali, in eo quod sumus, boni sumus. Ceto præcepit dominus, ut deglutiret fugitiuum Ionam, paulo post cucurbitam illi præbet in refrigerium, quia laborauerat in prædicatione ad populum: & mox uermen mittit, qui corrodat, atque destruat illam: addit & urentem uentum, qui

Psal. 104.

Psal. 103.

Exo. 8. & 9

qui æstu uehementi deuexet Ionam. Et sicut homo, qui, vt malefaciat, locum, & tempus expectat: præcepit vermi mane ut se præpararet in diem sequentem ad affligendum Ionam murmurantem de misericordia Dei. Videtur dicere, quòd in crastina die post natam cucorbitam pręcepit Deus vermi, vt illam corrumperet.

Horrendũ est incidere in manus dei uiuẽtis.

Horrendum sanè est incidere in manus dei viuẽtis: qui sicut nullum bonum irremuneratum relinquit ita & nullum malum impunitum finit: ut hic uidere est in Iona nunc donis, mox flagellis affecto.

Ps. 17. Thren. 3.

Locus refugii, & firma petra, ac securum tutum, in quo omnia ignita tela extinguntur, fit nobis Deus: & rursus ursus in sylua, & leo in abscondito. Quod uero dicit. *Parauit dominus uermen ascensione diluculi in crastinum* clarius in septuaginta legitor, ϗ προσέταξεν ὁ θεὸς σκώληκι ἑωθινῇ τῇ ἐπαύριον. Et quod legitur *præcepit dominus uento calido, & urenti.* in græco habetur, ϗ προσέταξεν ὁ θεὸς πνεύματι καύσωνι συγκαίοντι. Si uero misterium quæris, multa dici possunt de uerme, et de sole, & uento, seu spiritu, et de uehementi, atque adurenti igne. Omnia enim hæc aduersum Ionam Christum dominum referri possunt.

Christus uermis in sacra pagina nominatur.

Christus enim & uermis i sacra scriptura appellatur, & sol iustitiæ, & ignis cõsumẽs.

Ps. 21.

Ego sum uermis & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis, dicit Regius uates in persona Christi. Et reuera nullus hominum ita

ita, oprobrijs, & maledictis affectus est, sicut Dominus noster Iesus Christus. Opprobria exprobrantium tibi (inquit, ille per prophetam) ceciderunt super me. Factus sum tanquam uas perditum, quoniam audiui uituperationes multorum commorantium in circuitu. Obscurus, & infirmus uermis hic est ille sol iustitiæ Christus Dominus, & Deus noster, gloria nostra, ingens fortis, & potens, dominus potens in prælio qui dum ortus est rectis corde è medio hemisphærii nostri tenebras depulit, fugauit turbines, & caligines abstulit. Ambulantibus enim in regio ne umbræ mortis lux orta est eis: populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam. Si cut enim ad præsentiam lucis fugantur tenebræ & euanescunt umbræ: ita & ad præsentiã solis ueræ iustitiæ euanuerit umbræ Iudæorum, & caligo falsæ sapientiæ humanæ falsæque iustitiæ illorum, non potentis illos iustificare. Falsa comprehensa est iustitia, & cognita est uera. Hic est uerus ille sol iustitiæ, oriens exalto, qui illumina uit eos, qui in tenebris, & in umbra mortis sede bant, ad dirigendos pedes eorum in uiam pacis. Hic est uermis ille, qui percussit uanam illam cucurbitam, Iudæorum, & à uera iustitia, & uetita te uacuam. Hic percussit eius vmbraculũ, quod desertum ab auxilio dei exaruit, omnemque uirorem, & uirtutem perdidit, & fugitiuum fugauit, quod nunc uagum, et profugum vagatur per

Ps. 64.

Esa. 9.

Zach. 6.

Deserto res deseruit Iudeos deus.

per orbem peregrinum, vacuũ, omniq; auxilio destitutum: sine lege, sine Rege, sine prophetia, sine sacerdote, sine sacrificio, sine altari, sine templo, sine regno, sine ciuitate, factum contumeliæ spectaculum omni creaturæ per alienas sedes vagum errans, in suggestibus infame factum igni, & fumo, pondus in utile, ubique ab omnibus desertum: quia cum qui genuit illum dereli-
Deut.32. quit atque deseruit, cum dixit. Nolumus hunc
Luc.19. regnare super nos: non enim habemus Regem
Ioan. 19. nisi Cæsarem. Iusta punitum uindicta quam est super se, et super filios suos deprecatum dicens: Sanguis eius super nos, et super filios nostros. Stat sententia iusti iudicis dicentis, Mihi vindictam, et ego retribuam eis. Hic spiritus, et ignis adurens, & consumens. Dicant Synagogæ, Asiæ, Et Europæ, Et Africæ. sunt qui dicant vermen, & urentem uentum Romanos esse duces, qui post resurrectionem Christi Israelitas penitus deleuerunt. *Et petiit animæ suæ ut moreretur, Et dixit melius est mihi mori quam uiuere.* Ionæ Hæbreo prophetæ non erat melius mori quam uiuere: sed ex infirmitate qua circundatus erat sicut & Elias olim cum
3.Reg.19. fugeret à facie Iezabelis Reginæ hoc dixit. Quid enim ex morte eius consecuti sumus, aut ipse post mortem, vel sic moriens afflictus quid potuit mereri? Profecto Ionas ille filius Amathi in Tharsis profugus magis metuit uiuens

uiuens, & pœnitens, quam potuisset mereri sic affectus ut tunc erat moriens, at uero typico Ionæ Christo & nobis, melius fuit mori quam uiuere. Meruit enim nobis sua morte uitam, et sibi corporis exaltationem, gloriam, et honorem. Nisi enim mortuus fuisset, à mortuis genus humanum non surrexisset. Tradditus est enim propter delicta nostra, ut inquit Paulus, & surrexit propter iustificationem nostram. Rom.4. Ipse est ille uerus Ionas columba candidissima. Candior luna, candida sole magis. Qui mortē nostram moriendo destru-.t, & uitam resurgendo reparauit. Quantum Ioan. 12. autem morte sua effecerit ipse dixit. Et ego si exaltatus, inquit, fuero à terra omnia traham ad me ipsum. Traxit morte sua orbem terrarum, qui non potuit uita à se trahere Hierosolimitas. Hierusalem hierusalem, (inquit ipse,) quæ occidis prophetas & lapidas eos qui ad te misi sunt: quoties uolui congregare Math.23. filios tuos, quemadmodum galina congregat pulos suos sub alas, & noluisti. Tibi ergo Domine Iesu, qui uerus es Ionas, bonum est mori ut ego uiuam, imo ut uiuant omnes qui te sequentur. *Et dixit dominus ad Ionam. Putas ne bene irasceris tu super cucurbitam.* Optima interrogatio an iuste irascitur Ionas pro sua arefacta cucurbita. Sunt enim qui putent iuste se conqueri de Deo pro minimis sibi abla- Nimietas arguitur

ablatis, siue inflictis, Sunt qui sicut exultant te bus minimis, & letantur pro rebus quæ nō sunt pili faciendæ, ita mœrore afficiuntur pro iactura vilium rerum. Lætitijs omnibus lætatus est Ionas pergulam suam uidens coopertam multis magnis, et viridibus folijs cucurbitæ. Et gaudēs sedebat sub vmbra illius sic enim superius legimus. *Et lætatus est Ionas super cucurbita lætitia magna.* Ideo (cum mœror lętitiam commitetur) tantum postea tristatus est Ionas amissa cucurbita quantum antea de vmbra illius fuerat lætatus. At Dominus utrunque arguit sub interrogatione nnius dicens. *Putans ne bene irasceris tu*, quasi diceret. Sicut non erat, quod tanti faceres hederam, seu cucurbitam, ita nec modo quod sic doleas de amissione illius. Litera septuaginta magis arridet, & est eadem, quæ superius. Sic enim dominus arguit Ionam, quod ual de tristatus esset, eo quod pepercisset Niniuitis: ita & modo arguit illum quod ualde tristetur propter amissam herbam hortensem. Sunt autē eadem verba Domini, quę paulo superius in hoc quarto cap. dixit hoc modo, σφόδρα λελύπησαι σὺ ἐπὶ κολοκύνθῃ. Hoc est valde tristatus es tu propter cucurbitam Nouerat qui cor finxerat Ionæ. qvid ipse in illo premeret cuius ipse fuit proditor, dicens σφόδρα λελύπημαι ἐγὼ ἕως θανάτου.

Sane ualde tristatus sum ego, non qualitercū que sed ad mortem usque. Nou arguit dominus

Ionam quod humanis, & fortuitis afficiatur ca sibus. Impossibile est enim homines humanis non affici casibus, aut saltem moueri, uel concuti illis. Sed animum despódere, animoq; linqui & tristari hoc dignum est reprehensione. Hoc est quod Dominus in Iona reprehendit dicens: *Valde tristatus es tu.* Modum tristitiæ non solú tristitiam arguit. Est modus in rebus sunt certi denique fines, quos ultra citraque nequit consistere rectum. Vnde Paulus non tollit lachrymas Colosencium propter sublatos de medio amicos, sed tantum modum lachrymarum arguit, sinita functos defleát, ut gentes solent facere. Ideo dicit. Nolumus uos fratres ignorare de dormientibus ut non contristemini sicut & cæteri, qui spem non habent. Si enim credimus, quod Iesus mortuus est & resurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt aducet cum eo. Itaque consolamini inuicem in verbis istis. Sed multi sunt Rachelis filii qui plorantes filios suos nolunt consolari. Ita deprimuntur quidam aduersis, & extolluntur prosperis vt videantur nihil aliud cogitare, credere, aut sentire, quam quæ præsentia more pecudum. Dignus erat Ionas qui reprehenderetur quod valde tristaretur, & hoc propter vnam uanam cucurbitam qui eriam propter illam ualde fuerat lætatus, sic enim legimus supra in hoc cap. *Et Lætatus est Ionas super cucurbitam lætitia magna.* Non est magnú aliquid

Homines humanis casibus non affici impossibile est.

Coloss. 4.

Hier. 31.

Math. 2.

quid profecto in mortalibus si cum diuinis confetas. Non ergo magna lætitia sunt digna. Nō sūt diuturna humana, nō ergo diu lugenda cū amittuntur. Non possunt nos diu cōtristare, quę nos diu lætificari non possunt. Rhœbo equo suo diu uixisse uoluit dicere Mesentius sed statim errorem emendauit dicens.

Humana cū non sint diuturna, cū amittūtur nō diu lugenda sunt.

Rhębe diu (res si qua diu mortalibus nulla ē.)
Viximus: aut hodie uictor spolia illa cruenta,
Aenei. 10. Et caput Aeneæ referes: Lausique dolorum
Vltor eris mecum: aut aperit si nulla uiā vis
Occumbes pariter.

Vide ergo quam iuste Ionas arguatur qui propter cucurbitam tristatur. ἐπὶ. nanque caussam alicuius reddit apud Græcos si tertio casui addatur, ut apud Lucianum legitur. ὀμώρουτα ἐπὶ τῷ τραύματι, flenti propter uulnus. Ita in hoc loco, σφόδρα λελύπησαι σὺ ἐπὶ κολοκύνθῃ. *Valde tristatus es tu propter cucurbitam.* Indigna sane causa magnæ mæstitię parua cucurbita. Cucurbita parua, & fragilis, & vana est quidquid est in mundo, nihil diuturnum, nihil magnum nihil fidum, nihil ex omni parte beatum in mortalibus: nihil ergo dignum magno, & diuturnō fletu, vel gaudio, humana ergo humane feramus. Multum fuerat sua cucurbita lætatus Ionas dum uiresceret, & illius umbra frueretur; multumque mœstus dum illam amisit. Hoc multum, hoc nimium in illo arguit Dominus,

Mūdus cucurbita.

nus, Et metito sanè quod multifaciat, quod est paruum. Ingenteis grates non fert Comicus, & nos ingentes edimus in rebus minimis. Rectè il le quidem dixit, Hoc in uita utile esse arbitror, ut, Nequid nimis. Quid quod & sapiens non fert nimium aliquem esse iustum. Noli inquit, esse iustus multum, nec plus sapias quam neces se est, ne obstupescas. Ne impie-gas multum. Ecclef. 7.
Vbi Augustinus, in hoc iniustus est, quia nimius es. Hanc nimietatem arguit Dominus in Iona. Sic solemus dicere tacite arguentes eos qui plus æquo pro rebus paruis tristantur. Multum tristaris, multum irasceris. Decidat furor iste tuus. Solent huiusmodi homines sua tantum sentire: qui dum nimium res suas paruas lugent, magnas aliorum pro nihilo habent, nec il los uel leuiter uolunt sua sentire. Ideo Dominus ad Ionam. *Tu doles super hædera, in qua nō laborasti nec fecisti ut cresceret, quæ sub una nocte nata est, & sub una nocte perijt, & ego non parcam Nineue ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam centū uiginti millia hominum qui nesciunt quid sit inter dexteram, & sinistram suam, & iumenta multa.* Variant omnes lectiones in hoc loco Hieronymi Vulgatę, & septuaginta: ideo placuit in medium afferre omnes, cum nostra etiam quālicunque (si tamen fas est & nostra in publico apparere) ut de multis unum eligat lectoris iudicium, quòd sit magis consonum rationi. Pri-

ma fuit. D. Hieronymi. Secunda quæ sequitur est vulgata. *Tu pepercisti super cucurbita pro qua non laborasti, nec nutristi eam, quæ nata est in nocte & in nocte periit. Ego autem non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua habitant plusquam duodecim milia uirorum, qui ignorant dexteram, & sinistrã suam, & pecora multa.* Sequitur Septuaginta. Σὺ μὲν ἐφείσω ὑπὲρ τῆς κολοκύνθης, ὑπὲρ ἧς οὐκ ἐκακοπάθησας, οὐδὲ ἐξέθρεψας, οὐδὲ ἐξέθρεψας αὐτήν. ἣ ἐγενήθη ὑπὸ νύκτα καὶ ὑπὸ νύκτα ἀπώλετο. ἐγὼ δὲ οὐ φείσομαι ὑπὲρ Νινευὶ τῆς πόλεως τῆς μεγάλης. ἐν ᾗ κατοικοῦσιν ἐν αὐτῇ πλείους ἢ δώδεκα μυριάδες ἀνθρώπων, οἵτινες οὐκ ἔγνωσαν δεξιὰν αὐτῶν, ἢ ἀριστερὰν αὐτῶν, καὶ κτήνη πολλά. Forsitan sic possemus uerbum uerbo reddere: tu quidem miseratus es cucurbitam illã pro qua nulla passus es afflictiones nec labores, nec illam enutristi, nec curam illius ullam habuisti, quæ sub una nata est nocte, & sub una etiam nocte interiit, ego uero non miserebor Niniue ciuitatis illius magnæ in qua habitant plusquam duodecim hominum myriades qui ignorant dexteram & sinistram suam, & iumenta multa. Quanuis uerborum sit aliqua disparitas nulla tamen est ĩ sensu differentia idem enim hic sentimus omnes, est enim sensus verborum facilis. Reprehendit dominus Ionam quod perditionem rei modicæ uix ferat miseratus casum rei uilissime nempe herbæ quæ mane floret, & exarescit & in clibanum

μυριάς. ... mierusco ... nens decẽ milia.

hum mittitur: & miratur quod dominus misereatur tot millium hominum maxime innocentum, qui nesciunt quid sit malum, sed ueluti iu menta irruunt in malum cum ab adolescentia sua sensus & cogitatio hominum sint prona in malū. De his dicit propheta. Homines & iumēta saluabis domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam o deus: hoc est quod dicit dominus Ionę aducens illum in iudicium, & constituens illum iudicem quasi diceret. Mirum tibi uidetur ò Iona si miseratus tot hominū millia, quæ sunt in hac ciuitate parcam illis, & ignoscam pœnitentibus ne pereant: Cum tu nō feras amissam cucurbitam tuam? Quid magnū si doleam super homines, cum tu doleas super ho ttensem herbam? Magnum est si saluam esse uoluerim tantæ talisque gentis sic florentis ciuitatis multitudinem: cum tu uelis unam tuam cucurbitam non perire? tanti facis rem nullius momenti, nullius laboris, casuque ortam non speratam nec cogitatam: & ego nullius faciam rem tanti momenti, tantique consilij dignam tē multorum laborum, & diuinæ atque æternæ prouidētiæ dignam? Rē insensatam sic diligebas ut lætareris sup eā, & ego nō lætabor sup uiuentia imo rōnalia, & me digna uitæq; perpetuæ, & beatæ capacia? Rem non doli capacem, nec alicuius mali aut boni, lætus seruabas, & amissam luges, & ego nō seruabo cum possim tot millia

L inno-

361

Gen. 8.

Psal. 35.

innocentum qui nec dexteram boni nec sinistrã mali sciunt? Quis sua non amat? Mea sunt omnia, & si omnes rationes amandi auferas hanc unam non potes. Diligo enim omnia quæ sunt & nihil odi eorum quæ feci. Sane domine diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti, neq; enim odiens aliquid cõstituisti aut fecisti. Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses, aut quod a te uocatum nõ esset conseruaretur. Parcis autem omnibus quo niam tua sunt Domine, qui amas animas. Constat uerba hæc ultima Ionæ ipsi Ionæ dolenti, quod cucurbitam amisisset dicta fuisse à domino, nec ipsi domino posse aptari. Nec tenetur typus per omnia assimulari ueritatis suæ. Iã enim si ad Amussim responderent omnia non essent similia nec typus, & ueritas, nec corpus, & umbra, sed idem prorsus omnia. Non enim possumus dicere dominum pro Israele cuius typus est cucurbita, non laborasse, qui clamat & con queritur laborare illum fecisse Israelem in peccatis suis. Ipse enim peccata nostra tulit, & iniquitates nostras portauit. Sane multum laborauit sustinens. Laborare me fecistis in peccatis vestris, ait ipse. Multũ laborauit dominus pro hac uana cucurbita gentis Israeliticæ, quæ in una nocte periit quãdo illi ocubuit sol iste iustitiæ Christus deus noster. Niniue autem magna & pulcherrima Ecclesiam degentibus significat. In qua

Diligit deus omnia quæ fecit.

Sap. 11.

labor Christi maximus.

Esa. 1. & 43

Niniue ecclesiam degentibus significat.

qua maior est numerus quam duodecim tribus Israel, & multi innocentes & ignorantes legem & prophetas, quos non audierunt: quippe qui ad Israelem, non ad gentes missi erant: qua si ad iumenta nescientia bonum, nec malum ante Christi aduentum. Nunc autem misericordiã consecuti, & ad uesperam consecuti, uiderunt lucem magnam Christum in qua ambulant repleti omni sapientia, & scientia Dei: ita ut nihil illis desit in ulla gratia habentes vnum & omnia ut non iam illius egeant.
Per dominum nostrum Iesum
Christum cui cũ Deo patre, & spiritu sancto
est gloria per
æterna se
culo
rum secula.
Amen.

Finis commentariorum in Ionam.

IONAS

PARAPHRASTICVS.

CAPVT PRIMVM.

Aug. to. 2 Epist. 49. q. 6.



Sicut humana cõsuetudo uerbis (inquit Aug.) ita diuina potentia etiam factis loquitur. Et sicut humano sermoni uerba noua, vel minus vsitata, moderate, ac decenter aspersa splendorem addunt: ita in factis mirabilibus, congruenter aliquid significantibus, quodammodo luculentior est diuina eloquentia. Id quod uidere est in nostro Iona. Volés enim Deus mundo ostendere qualiter in altitudinem maris passionis suæ uenturus erat, propter delicta nostra, & resurrecturus, propter nostram resurrectionem (sicut ipse dixit quibusdam pharisæorum, & scribarum, uolentibus signum ab ipso uidere, Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus) diuina inspiratione instruxit Ionam filium Amathi. i. ueritatis, ac ad prædicandum misit in Niniuem ciuitatem magnam. Quę

Mat. 12.

ciuitas

ciuitas est Assyriorum, ad fluuium Tygrim sita, ab Assur secundo filio Sem Rege Niniuitarũ cõdita, & à Nino Beli filio, à quo nomen accepit, aucta. Ascenderat enim clamor maliciæ eius ante Dominum. Ille uero Zelo uindictæ in Niniuitas succensus (qui spiritus fuit olim sanctorum ueteris testamenti) credens (quæ est Dei misericordia in peccatores pœnitentes) pœnas non daturos Niniuitas pro suis facinoribus: tum pietate motus in suos, quod non ferebat postponi idololatris: tertio timens, ne falsus propheta haberetur, si deus parceret illis, quos ipse prædicaret puniendos: fugit ad Silices seu in regionem Tharsis, sic appellatã à metropoli Ciliciæ Tharso. Cum autem portui applicuisset Iudeæ, nomine Ioppe, descendens à montanis, & arduis locis in campestria, nauem offendit, soluentem anchoram, ut iret, quo ipse uolebat, nẽpe in Tharsis. Hanc ascendit, naulum dedit, & associatus nautis, abiit cũ illis longe à facie Domini. Quanquam qui potuit fugere, & elongari Ionas ab illo, qui ubique est? Dominus autem protulit de thesauris suis uẽtum ualidissimum, & facta est tempestas magna in mari, quæ magnum minabatur naufragium. Nautæ insperato oppressi, magno percussi sunt timore, & leuatis oculis, palmisque ad sydera, hærentes, quid facerent, proiiciebant in mare quicquid ob oculos offendebant in naui, ut illam alleuiarent, clamantes u-

Gen. 10.

Triplex causa fugæ Ionæ.

nusquisq; ad Deum suum, Iona uero præ tristi tia grauatus, nimioq; lethargo pressus, uelut fugitiuus seruus insecretiori parte nauis dormiebat absconsus. Accessit ad illum proreta nauis, & dixit ei. Quid tu sapore deprimeris? Surge, in uoca deum tuum, si forte sit illi cura de nobis, ne pereamus. Cum autem in extremis essent omnes cõstituti, iam iam morib unci, & deploratæ salutis, hoc reliquum remedii il is videbatur, si sortibus assequerentur, vnde malum hoc illis, aut cuius culpa hæc oborta esset tempestas. Placuit sententia omnibus. Missis itaq; sortibus, cecidit sors super Ionam. Cognita itaq; mali causa, causas quærunt singulas, dicentes ad illum. Indica nobis, cuius causa tempestas hęc, & maxima, atq; repẽtina calamitas ingruent nobis? Ob quã noxam tuam hoc nobis malũ: Quod opus tuũ nequam? Ob quod te nno peccante pœnas damus oẽs? Cuias es? Vnde venis? aut quo nadis? Tu esto iudex tui. Vide quo fugeris officio, sis bene nec ne illo usus. Cogita unde uenis, si forte fugis, unde facinus aliquod perpetrasti: aut si pergis aliquo, nelox ad effundendum innoxiũ sanguinem. Ionas sui certus, ac verus accusator, ad oia respondet fideliter, nihil que non aperit illis de genere, de religione, & uita. Ego inquit, vt de me iam loquar. Hæbreus sum, & dominum cœli timeo, qui fecit cœlum, & terram, & oia, quæ in eis sunt. Quo audito, timuerunt nautę,

&

& dixerunt ad eum, quid fecisti? Ille vero rē omnem apetuit eis. Qua cognita, interroganerūt eum, dicentes. Quid faciemus tibi ut cesset tēpestas hęc, quæ sic ingruit, & sęuit in nos? Quibus ille. Nulla alia uia reliqua est vestræ salutis, nisi naufragium vitæ meæ. Me perdite, si non vultis perire. Quid moramini? Nonne videtis tumētes super vos marinos fluctus: itruite in me, iam, iam me in mare mittite, vt cesset tempestas hæc, quæ propter me orta est. Hæc ipso dicente, validissime incumbunt nautæ remis, nulloq; parcebant nautico labori, vt littus tenerent, nec poterant pṛę maris tumore, littora pulsante maximo clamore. conabantur. redire ad terrā, nec poterant. In hac animi perplexitate positi, quid facerent, nescientes, clamanerunt ad dūm, & dixerūt. Quæsumus dñe, nenos reos fieri mortis hominis istius patiare. Ne vnqnā clamet sanguis innocentis huius dextera sup nos. Voluntas enim tua semper fir in omnibus, & non consilium nostrum. Hæc dicentes, acceperunt Ionā, qua benignitate potuerūt, & miserūt illū in mare: & cessauit mare à feruore suo. Et timuerunt uiri Dominum timore magno. Et sacrificauerunt sacrificium domino & voverunt uota sua.

CAPVT II.

ET præcepit dñs ceto magno, ut absorberet Ionā & erat Ionas i uētre illius piscis tribus

 die-

diebus,& trib⁹ noctib⁹. Et orauit Ionas ad dñm Deum de uentre piscis dicens. In tribulatione mea ad Dominum Deũ meum clamaui, Deum qui benefecit mihi. Exaudiuit enim me. De uentre inferi clamaui, & non despexit orationem meam. Compos enim uoti mei sum factus. Projecisti me domine, in profunditates cordis maris: & circundederunt me flumina. Omnes elevationes tuæ, & fluctus tui super me transierũt: ego uero hæc uidens, dixi. Non [illegible] udebis amplius: nã ut uideo expuls[illegible] oculis tuis: uerum nec sic despõdebo anim[illegible] : spero enim rursus uisurum [illegible] templum [illegible] tuum. Circunf[illegible] est [illegible] aqua [illegible] animã meam Vallauit me abyssus undique [illegible] ma. Ingressum est caput ad montium usque scissuras. Descendi in terram, cuius uectes sunt retinacula sempiterna. Ascendat de corruptione uita mea: ut tibi uiuat, Domine deus meus. Cum deficeret ex me anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum. Hoc mihi est in uotis, ut transeat, atque perueniat ad te oratio mea, ô Deus, & ad sanctũ locum illum, ubi tu habitas. Qui uero custodiũt uanitates, & mendacia filii hominum, uiã suam criminose defeuerunt. At ego tibi sacrificabo, magnificans, & laudans bonitatem tuam, qua sola, eripuisti animam meam, Domine. Omnia, quæcunque uoui, reddam tibi. Hæc dum oraret Ionas, præcepit dominus ceto, ut euomeret, at-

que

que eiiceret illum super terram: & sicut domino placuit, sic factum est. Redditus est enim Ionas incolumis super terram. Ita res habet.

CAPVT III.

ET factum est uerbum Domini ad Ionam secundo dicens. Surge & uade in Niniuem ciuitatem illam magnam: & prædica in ea iuxta prædicationem priorem, quã ego locutus sum ad te. Et surrexit Ionas, & profectus est in Niniuem, sicut locutus fuerat ei dominus. Erat autẽ Niniue ciuitas magna Deo, quasi itineris uiæ trium dierum. Hoc enim iterum spacio poterit circumiri. Ingressus autem Ionas in ciuitatem quasi itineris diei unius, cœpit, ceu præcones solent, uocem eleuare, dicens. Ouiri, quid agitis. Ciuitatem hanc uestram magnam pessum ire ui debitis, nec stabit quadraginta dies: subuertetur enim funditus hoc dierum spacio. Quo audito, perterriti Niniuitæ crediderunt deo uero: & indicto ieiunio, uestiti sunt saccis à maiori usq; ad minorem. Cumq; peruenisset rumor hic ad Regem Niniue, surgit à throno, & abiicit à se uestimentum suum, & circumcingit se sacco, & sedit in cinere. In tota autem Niniue prædicatum est edictum à Rege, & à Principibus, & à proceribus ciuitatis, ut non solum homines, sed & iumenta, oues, & boues, non gustarent quicquam nec

nec pascerentur, nec aquam biberent: sed induti saccis homines, & iumenta clamarent ad Dominum toto aío. Misérator. n. & misericors dñs. etiam peccatores, qui iumentis insipientibus cõparantur, illisq; sunt peiores, exaudire solet: & vt conuerterent, vnusquisq; à uia sua mala, & ab iniustitia manuũ suarum. Dicebant autem maiores ad populũ, Quis scit, si conuertatur Deus, & consoletur nos, & auertatur ab ira furoris sui, vt non pereamus? Nouit. n. oĩ potes ille deus sententiã suã mutare, qui consilium & beneplacitũ suũ nunquam mutat. Et vidit Deus opera illorũ, quòd conuersi essent à uiis suis malis, & auertit malũ, q̃locutus fuerat facturũ se eis, & nõ fecit: qua nõ vult mortẽ peccatoris, sed vt cõuertatur, & viuat. Erat.n. cõminatoria ꝓphetia hæc Ionę.

Ionæ prophetia cõminatorio fuit.

CAPVT IIII.

Ionas vero, quia hoc ignorabat, existimãs sub uertendã ciuitatẽ, ut ipse prædicauerat, dignasq; pro suis sceleribus pœnas daturam: videns illam stare incolumẽ, completo tẽpore edicti, cõtristatus est tristitia grandi, & cõfusus est, & orauit ad dominum, & dixit, O domine, nonne hi sunt sermones mei, cũ adhuc essem in terra mea propter hoc anticipare volui fugam meam in Tharsis. Sciebam. n. frustra me prædicaturũ Niniue excidium. Ideo nolens operam meã, & impensam

pensam perire, ad Cilices abii. Scio. n. quod tu natura misericors sis, & miserator, & multæ misericordiæ, & præstabilis super hominū malitiā. Parcis autem omnibus, quia tua sunt: & nil odisti eorum, quæ fecisti: qui amas animas. Et nunc dominator domine, tolle, quæso, animam meā à me, quia melius mihi est mori, quàm uiuere. Et dixit dominus ei: Nimium contristatus es tu. Mirum forte non esset, si fuisses commotus aliquantulū, si ex sententia tibi res non euenissent, zelans nomen meum, uidens impunitatem gentem hanc peccatricem: vel tuū, q propheta non missus à me uideri posses: quippe qui prædicasses nomine meo euertendam Niniuem, quam omnes uiderent stare. At hoc valde tuum, hæc nimietas doloris, ac tristitiæ tuæ ferenda non sunt. Et egressus Ionas de ciuitate, sedit è regione illius: & ibi fecit sibi tentorium, & sedebat, donec uideret, quid accideret ciuitati: expectabat enim subuersionem eius, iuxta sermonem ipsius. Prædicauerat enim quadraginta dierum spacio subuertendam, & ignorabat, quis illam maneret exitus. Et præcepit dominus Deus cucurbitæ, vt ascenderet super caput Ionæ, vt ad vmbrā illius requiescere posset tali prætextu ymbraculo, tanti (per liber à curis, quibus cruciabatur. Ille vero, æstu cogitationū ferues vt subito p ter oīum spē viridem cucurbitam vidit, quæ illi magnā pbebat vmbrā, lętatus est lætitiis oībus

Et

Et pcepit deus vermi matntino, qué in crastinū parauit,ut pcuterer cucutbitā,quæ cōtinuo arefacta est, simnl ac ortus est Sol.Et præcepit deus spiritui ardoris adnienri,ut petenterer sol caput Ionæ & factom est ita.Ille uero angustiatos, dixit.Tædet animam meam uitæ meæ.Heu me,ut quid uino adhuc? Consultius mihi esset mori, quam uiuere.Cui dominus deus. Valde contristatus ex tu , ò Iooa pro tua cucutbita . Et Ionas ad dominum. Valde,& merito contristarus ego sum ad mortem usqoe. Et dixir dominus ad Ionam.Tu doles super cocurbita, pro qua non laborasti , nec ullos tullisti labores , nec dolores; quippe qui illam non enntristi:cum tibi sub una nocte sir repente orta, & sub nocte item periit,Ego uero non miseratus ero Niniuem ciuitatem illam magnam , in qua habitant plusquā centum oiginti millia homioum , qui ignorant dexteram,& sinistram suam,& iumenta multa. Hæc est umbra,& exemplar uitæ,& mortis domini nostri Iesu Christi. Cuius typus singularis

Aug. to.9. de Sym. li. 4.c.6. Idem to.2. Epist.49. q. 6.

fuit Ionas.In qoo sicut ad amussim non tenetur omnia respondere:Quæ autem illa sint paucissimis accipe. Missus Ionas ad ciuitatem Niniue,vt eius finem prædicaret.Missus est Christus à patre , vt finem mundi omnibus demonstraret. Fugit Ionas in Tharsis à facie domini . Fuga

Fuga Ionæ uelox transitus est

hæc Ionæ velox transitus est Christi.Exultauit enim vt gigas ad currendam viā, inquit, Regius

Psal-

Pſaltes, & ſicut primum iuſſum eſt, vt prædicaretur Niniuitis à Iona, ſed non ad eos peruenit prophetia Ionæ, niſi poſtquam eum cetus euomuit: ita prophetia præmiſſa eſt ad gentes, ſed niſi poſt reſurrectionem peruenit ad ipſas. Aſcēdit nauim propheta fugiens: lignum Chriſtus aſcendit, per mare huius ſeculi tranſiens. Irruit tēpeſtas magna in mare. Turbatio maris perfidia eſt iudæorum. Data eſt ſors, ut propheta fugitiuus mitteretur in mare: ſors data eſt ſuper Chriſti veſtimenta, vt unitas omnino mundo prædicaretur. Proiectus eſt ī mare è naui Ionas, mors Chriſti in cordibus gentium collocata eſt. Suſceptus eſt à beſtia propheta cuſtodiendus, non comedendus, audi Chriſtum per prophetam, Non dabis ſanctum tuum uidere corruptionem. In uentre beſtiæ marinæ, poſitus erat Ionas. In infernum Chriſtus deſcendens mortuos ſuſcitat. Tertio die propheta incolumis littori eſt redditus: die tertio Chriſtus de ſepulchro ſurgens ſuper cœlos exaltatus eſt. Ad prædicationem Ionæ ſaluata eſt ciuitas, per prædicationem Chriſti ſaluata eſt Hieruſalem ciuitas ſancta. Surrexit Rex de ſolio, & Niniuitæ egerunt pœnitentia in fructuoſam, quia in hac uita, ſeu in hoc [illegible]gro ſeminantes, in quo Deus uoluit cum lachrymis [illegible] nari, quod poſtea cū lætitia meteretur. E[illegible] quis negabit, quod dominus dixit, in eis fu[illegible]e completum? Niſi parum aduertat quemadmodum

Pſ.18. Pſ.15.

dum peccatores Deus non solum iratus, uerum etiam miseratus euertat. Euertuntur enim peccatores duobus modis: aut sicut sodomitę, ut pro peccatis suis ipsi homines puniantur: aut sicut Niniuitæ, ut ipsa hominum peccata pœnitẽdo destruantur. Factum est ergo quod prædixit Deus. Euersa est enim Niniue, quæ mala erat, & bona ædificata est, quæ non erat. Stantibus enim mœnibus, ac domibus, euersa est ciuitas in perditis moribus. Nouit qui prædixit, quomodo melius erat implendum. Ipsi laus & gloria in secula seculorum Amen.

Euertũtur peccatores duobus modis.

FINIS.